14. *cuspidatus*, culm. teretib. subnudis, panic. lineari, bract. annulatib. obliquis brevissimis, mucrone longissimo terminat. Rottb. 66. t. 18. f. 3. Ad Cap. b. spei. ♃

15. *aristatus*, culmo tereti aphyllo, spicis aggregatis, involucro monophyllo, glumis cuspidatis. Thunb. prod. 16. Ad C. b. spei. ♃

16. *compar*, culmo tereti aphyllo, spicis aggregatis, involucris brevioribus, glumis acutis. Thunb. prod. 16. Rottb. p. 65. t. 18. f. 4. Ad Cap. b. spei. Spiculae binae in singulo racheos denti sessiles.

17. *flexuosus*, culmo tereti folioso, spicis paniculatis, glumis mucronatis. Th. prod. 16. β ? *involucratus*, panicula foliosa nutante, spicis congestis aristatis sub-

distichis, flosculis gemellis nectariferis. Rottb. 64. t. 19. f. 1. Ad Cap. b. spei. ♃

18. *capillaceus*, culmo tereti folioso, spicis subracemosis, glumis cuspidatis, fol. capillaribus. In Cap. b. spei. ♃

19. *ustulatus*, culmo tereti folioso, spicis pedunculatis pendulis oblongis aristatis. Mant. 178. Rottb. 63. t. 18. f. 1? Ad Cap. bonae spei. Folia caulina pauca. ♃

20. *thermalis*, culmo tereti folioso, spic. peduncul. alternis aristatis, singula composita spiculis plurimis per totidem bracteas interstinctis. Rottb. p. 63. t. 18. f. 2. Willd. sp. 1. p. 267. Ad aquas calidas Cap. b. sp. Spic. turgidae, glum. mucrone longo.

21. *spicatus*, culm. tereti capillari, capitulis spicatis involucratis. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

22. *Bobartiae*, culm. compresso, capitulo terminali, involucro pentaphyllo. Retz. obs. 4. p. 9. In Zeylona. ♃

23. *hirsutus*, pedunc. axillaribus terminalibusque, pedicellis racemosis trispicatis. Vahl. Eclog. 1. Hab. in America meridionali.

24. *bulbosus*, scapis foliisque setaceis basi alatis, capitulis glomeratis, per bracteas setaceas interstinctis. Willd. 1. p. 264. Ad Cap. b. spei Radix bulbosa. Folia numerosa, setacea, basi interstincta ramentis membranaceis albis. Facies Junci bulbosi. An hujus generis?

25. *inanis*, culm. tereti aphyllo, spicis paniculatis, glumis acutis. Thunb. prod. 16. In Cap. b. spei ♃.

** *Culmo triquetro.*

26. *cephalotes*, culm. folioso triquetro: involucro tetraphyllo longissimo, deflexo, capitulo oblongo terminali. Rottb. 61. t. 20. In Surinamo. A Scirpo cephalote distinctus. Willd. sp. 1. p. 265. Habitus recedit. ♃

27. *cyperoides*, culm. triquetro folioso, umbella terminali, spiculis glomeratis. Swartz prod. 19. Ej. Flor. p. 110 Jacq. icon. rar. 1. t. 10? Collect.. 1. p. 113 *? In Jamaicae austral. montib. Stigm cirrhosa. Setae 2. Sw. ♃

28. *cymosus*, culm. triquetro folioso, umbella terminali composita, spiculis ovatis striatis glomeratis. Willd. sp. pl. 265. In America boreali. Fol. linearia cyperina numerosa. Spic. minutae, tres semper glomeratae sessiles. Involuc. universale polyphyllum inaequale. W. ♃

29. *glomeratus*, culm. triquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. planis, pedunculis lateralibus geminis. L. Willd. p. 266. Swartz obs. 29. In Jamaica et America boreali. Sem. basi setis cinctum.

30. *Cladium*, culm. obtuse triquetro folioso laevi, fol. antrorsum aculeatis panic. diffusis, spiculis unifloris sessilibus diandris. Swartz prod. 19. Ejusd. Flor. 1. p. 97. Cladium culmo nodoso, flor. quasi umbellatis, umbellis gradatim assurgentibus. Brown. jam. 114. In humidis Jamaicae. ♃

31. *Restioides*, culm. inferne compresso-anticipitibus glaberrimis, flor. paniculatis, vaginis apice lanceolatis. Swartz prod. 19. et Flora. p. 104. In India occidentali. A caeteris differt habitu.

32. *corymbosus*, culm. folioso triquetro, pedunc. corymbosis, inferib. alternis distantibus, superiorib. confertis. Swartz prod. 19. et Flora Ind. occd. 1. p. 99. Willd. p. 266. Rottb. 68. t. 21. f. 1. (S. surinamensis.) Scirpus *corymbosus*. Lin. Willd. sp. 1. p. 308. Fol. vaginae ventricosae, uno latere mucrone obtuso, altero fol. longissimo lineari instructae. R. Hab. in utraque India, in montosis.

33. *rugosus*, culm. triquetro folioso, pedunc. corymbosis distantibus, spicul. ovatis acutis, sem. undulato-rugosis. Vahl Eclog. Amer. 2. Hab. in Amer. meridionali. Anteced. affinis.

34. *polyphyllus*, culm. triquetro folioso, fol. carinatis, dorso marginibusque scabris, spicis decompositis axillarib. Vahl. l. c. Hab. in Montserrat. S. Marisco similis.

35. *polycephala*, culm. triquetro folioso, pedunc. axillaribus et terminalib. capitulis plurimis globosis: intermedio sessili. S. triceps. Vahl. L. c. S. Holoschoenoides Rich. in Act. Soc. nat. Paris. 1. p. 106. Hab. in Amer. meridionali et Cajenna. Capit. ad 10-12.

36. *laevis*, culm. trigono folioso, capitulis lateralibus, glumis mucronatis, spicis ovatis. Thunb. prod. 17. Ad Cap. b. spei.

37. *lanceus*, culm. trigono folioso, spicis paniculatis lateralib. glumis spiculisque lanceolatis. Thunb. prod. 17. Ad Cap. b. spei.

38. *albus*, culm. subtriquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. setaceis, involucro flor. subaequali aut nullo. Fl. suec. 34. Fl. dan. 320. Roth. germ. II. p. 49. Hab. in Europae et Americae paludibus turfosis. ♃

39. *sparsus*, culm. folioso triquetro, paniculis multifloris, spiculis sparsis, ovatis, minutis, semine transverse ruguloso. Michaux Flora 1. p. 35. Hab. in umbrosis Carolinae. Styl. bifidus.

40 *longirostris*, culm. triquetro, umb. foliosis, spicul. fasciculatis, semine compresso: mucrone longissimo. Michaux. l. c. In Virginia et Carolina. Fol. lata. Setulae perispermae 6, subulatae.

41. *inexpansus*, culm. obsolete triquetro, paniculae remotae ramulis approximato-erectis, spiculis fusiformib. Michaux. l. c. Sem. suboblongum, mucrone brevi, setul. 6. Panic. contracta.

42. *rariflorus*, culm. fol. setaceis, paniculis paucifloris; spiculis ovatis, turgidis, sem. obovato rugoso. Michaux. l. c. Panic. parvulae, spicul. pedicellatae.

43. *capitatus*, culm. triquetro, capitul. alternis, spicul. oblongis, semine stipitato, setulis retrorsum muricatis. Michaux. p. 36. Fol. angusta. Capit. interdum geminata. Sem. obovatum. M.

44. *ciliaris*, fol. linearib. obtusiusculis, bracteis ciliatis, semine lentiformi. Michaux. l. c. Hab. in Florida. Flor. fascic. terminales. Setulae brevissimae sursum hispidulae. Spic. dorso pubentes.

45. *distans*, flor. fascicul. subcapitatis lateralibus: spiculis, remotis, ovatis glabris, sem. lentiformi setul. longitudine. Michaux l. c. Hab. in Carolina.

46. *fascicularis*, flor. fascicul. lateralibus et terminali, bract. brevibus; spic. oblongis: squamis mucronatis, setulis semine laevi duplo longioribus. Mich. l. c. p. 37. Hab. in Carolina.

47. *gracilis*, culm. triquetro folioso longissimo filiformi, spicis lateralibus pedunculatis tereti-linearib. Swartz prod. 19. Ej. Flora p. 109. In Jamaica.

48. *setaceus*, culm. triquetro debili, fol. alternis distantib setaceis, spiculis aggregatis, flosc. diandris. Swartz, prod. 20. Willd. sp. 268. Rottb. 62. t. 21. f. 2. *Triodon* Richard ob. sem. 3-dentata, glumas aristatas et stam. 2. In pratis Jamaicae et Surinami.

49. *pusillus*, culm. triquetro nudo filiformi, spicul. terminalib. subfasciculatis sessilib. foliolo subjecto, spicam aequante. Swartz. prod. 20. Ej. Icon. fasc. 1. p. 7. tab. 6. et Fl. p. 112. In graminosis montium Jamaicae australis. Sem. scabrum.

122. CYPERUS. *Glumae* paleaceae distiche imbricatae. *Cor.* 0. *Sem.* 1, nudum. Spicula compressa.

* *Culmo tereti.*

1. *minimus*, culm. capillari spica solitaria geminaque, involucro monophyllo. Thunb. prod. 18. Willd. sp. 1. p. 269. Scirpus setaceus α. Rottb. gram. 47. t. 15. f. 4. Pluk. 176. t. 300. f. 4. 5. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 120. t. 79. f. 3. In Jamaica, Africa.

2. *setaceus*, culm. setaceis striato-angulosis nudis, spica terminali subquadriflora nuda. Retz obs. 5. p. 10. In graminosis humidiusculis Calcuttae.

3. *arenarius*, culm. compresso nudo, spicis capituli glomeratis sessilibus, involucro submonophyllo. Retz. obs. 4. p. 5. Pluk. almag. 178. t. 300. f. 7. In arena mobili Indiae orientalis. ♃

4. *prolifer*, culm. tereti, capitulo globoso prolifero. Thunb. prod. 18. Rottb. p. 55. t. 17. f. 2. In Cap. b. spei. ♃

5. *effusus*, culm. tereti subligneo; umb. rara, spicis conglomeratis, involucro subulato triphyllo. Rottb. p. 22. t. 12. f. 3. Ad Meccam in Arabia.

6. *articulatus*, culm. tereti nudo articulato Sp. pl. 66. Rottb. p. 26. Vahl. symbol. p. 7. C. niloticus. Forsk. Sloan. jam. 36. p. 121. t. 81. f. 1. In Jamaicae, Aegypti, Indiae rivulis. ♃

7. *marginatus*, culm. tereti aphyllo, umb. composita, spicul. oblongis brunneis. Thunb. prod. 18. In Cap. b. spei. ♃.

8. *complanatus*, culm. compresso plano nudo, umb. composita involucro diphyllo, partiali brevissimo polyphyllo, foliolis setaceis basi membranaceis. Willd. spec. 1. p. 270. Scirpus complanatus Retz. obs. 5. p. 14? Hab. in Java. Spiculae brunneae. Singulare gramen, culmo foliaceo lato compresso. W. ♃

9. *textilis*, culm. tereti, umb. decomposita, involucro dodecaphyllo laevi breviore spiculis oblongis. Thunb. prod. 18. In Cap. b. spei. rivulis. ♃

10. *compactus*, culm. tereti folioso, umb. decomposita, involucro pentaphyllo, spiculis congestis subspiralibus. Retz. obs. 5. p. 10. Hab. in China.

11. *atropurpureus*, culm. tereti subfolioso retrorsum scabro, fol. subulatis canaliculatis. C. *striatus*, Flor. peruv. 1. p.

47. Hab. in collib. aridis *Tarmae* oppidi. Glum. ovatae, atropurpureae. Fol. vaginantia, ad medium inferne margine ciliata. Flor. fine hyemis.

** *Culmo triquetro, spiculis simplicibus.*

12. *distachyos*, culm. triquetro filiformi basi folioso, spicis binis sessilibus involucro brevioribus. Willd. l. c. p. 272. Hab. in Italia. Culmus basi folio unico gramineo angusto instructus. W.

13. *triflorus*, culm. triquetro nudo, umbel. tristachya, intermedia sessili, spiculis laevigatis. Mant. 180. Schoenus cyperoides. Retz. obs. 4. p. 8. In pascuis aridis Indiae. Involuc. diphyllum.

*** *Culmo triquetro, umbella glomerata sessili.*

14. *nanus*, culm. triquetro setaceo, umb. sessili capitata involuc. diphyllo, glumis nervosis. Willd. l. c. Pluk. t. 417. f. 8. Hab. in Guinea.

15. *filiformis*, culm. triquetro nudo filiformi, fol. setaceis, spicis terminalibus sessilib. confertis tereti-subulatis. Swartz. prod. 20. Ej. Flor. p. 120. In Jamaicae austral. nemorosis.

16. *dubius*, culm. setaceo triquetro, capitulo terminali, involucro tetraphyllo longissimo. Rottb. 20. t. 4. f. 5. Willd. p. 273. Cyperus leucocephalus. Retz. obs. 5. p. 11. In Malabaria.

17. *capitatus*, culm. subanguloso striato medio folioso, capitulo terminali triphyllo, spicis sessilibus. Retz obs. 4. p. 9. Hab. in India?

18. *niveus*, culm. triquetro filiformi nudo, umb. terminali sessili diphylla, spicis compressis lanceolatis. Retz. obs. 5. p. 12. In nemorosis ad Midnapour, Tschandrancona Indiae. ♃

19. *pannonicus*, cespitosus, culm. obsolete triquetro prostrato, spicis subquaternis subovatis sessilibus. Ait. Kew. 1. p. 79. glumis lateralibus sphacelatis Lin. suppl. 103. Jacq aust 5. p. 29. app. t. 6. In Austria, Hungaria. ⊙

20. *junciformis*, culmo subtereti, spiculis aggregatis; spatha diphylla: foliolo altero spiculis breviore. Desf. atl. t. 7. f. 1. Cavan. ic. 3. p. 2. t. 204. f. 1. Hab. in Barbaria et Hispania. Spiculae nigrae. Cav.

21. *mucronatus*, culm. nudo vaginato triquetro, involucro monophyllo stricto, spicis lateralib. sessilibus. Rottb. p. 19. t. 8. f. 4. Vahl. symbol. 1. p. 7. Hab. in Arabia, India. Culmus, inferne teres est. Spiculae saepe 4, 6, 8. Vahl.

22. *laevigatus*, culm. trigono, capitulo glomerato globoso obliquo, involucro diphyllo, glumis obtusis. Thunb. prod. 18. Rottb. 10. t. 16. f. 1. Ad Cap. b. spei. Involuc. foliolis plano-canaliculatis longis, majore erecto, inferiore patulo. Folia nulla in florente gramine adsunt, vidi tamen squamas unciales emarcidas lineares. Willd. ♃

23. *ornithopus*, culm. cespitosis incurvis, umb. sessili sublaterali, spic. teretiusculis sublinearib., involuc. 3-phyllo longissimo. Hab. in paludosis exsiccatis ad St. Domingo. Spic. acuminatae: squam. subamplexantes.

24. *squarrosus*, culm. triquetro nudo, umb. tetraphylla glomerata, spiculis ovatis, glumis mucronatis. Willd. p. 274. Cyperus (squarrosus) culmo triquetro nudo, umbella foliosa glomerata, spicis striatis squarrosis. Amoen. acad. 4. p. 303. Cyperus pygmaeus. Rotth. 20. t. 14. f. 4 et 5. Hab. in India. Involuc. 3- s. 4-phyllum.

25. *pygmaeus*, culmo triquetro folioso, capitulo globoso, involucro 6-7-phyllo: foliol. 3 longissimis. Cavan. ic. 6. p. 65. t. 568. f. 2. Hab. in Mauritania juxta flum. Sebae.

26. *nitens*, culm. triquetris basi foliosis, umb. subsimplicibus, involucro triphyllo, flor. monandris. Retz. obs. 5. p. 13. Willd. Sp. 1. p. 275. Hab. in India.

27. *fascicularis*, culm. triquetro, involucro polyphyllo, spicis lineari-lanceolatis corymbosis confertissimis. Rottb. 39. t. 11. f. 1. Desf. Atl. p. 44. Lam. ill. t. 38. f. 2. Cyperus polystachyos. Willd. Sp. 1. p. 275. Pluk. mant. 97. t. 416. f. 6. Hab. in India, ad Cap. b. spei et in Barbar. ♃

28. *conglomeratus*, culm. subtriquetris fol. fasciculatis semiteretib. s. canaliculatis breviorib. capitulo paniculato terminali triphyllo. Rottb. 21 t. 15. f. 7. Hab. in Arabia. Fol. tenuiss. margine punctis scabra, vagina atropurpurea. R.

29. *cruentus*, culm. triquetro, involucro polyphyllo longo, umb. simplici, spicis conglomeratis, floscul. sulcato-punctatis. Rottb. p. 21. t. 5. f. 1. Vahl. symbol. 1. p. 8. Cyperus globosus. Forsk. p. 13. Hab. in Arabia. Spic. lineis et Ochreae punct. cruentis distinctae. ♃

*** *Culm. 3-quetro, spic. umbellato-capitatis sessilib. et pedunculatis.*

30. *aristatus*, culm. triquetro nudo, umb. simplici, spic. cylindraceo-spicatis,

glumis subulatis uncinato-mucronatis. Willd. p. 275. Rottb. 23. t. 6. f. 1. Scirpus intricatus. Lin. Mant. 182. In Ind. orientali et Cap. b. spei. Fol. graminea laevia. Involuc. triphyllum. Umb. spicis saepius pedunculatis, quartaque sessilli. Spicae ovatae cylindricae obtusae.

31. *Luzulae*, culm. triquetro, umb. simplici, spiculis ovatis capitato-spicatis, involucro polyphyllo. W. p. 276. Rottb. t. 13. f. 3. Sloan. jam. t. 79. f. 1. In Amer. calidiore.

32. *conoideus*, culm. triquetro folioso, umb. simplici, spicul. compactis obtuse conicis. Richard in Act. soc. Lin. Paris. p. 106. Hab. in Cayenna. Affin. antecedenti.

33. *confertus*, culm. triquetro nudo, umb. simplici foliosa, spiculis ovatis conglomeratis, glumis apice recurvis acuminatis. Swartz. Flor. Ind. Occid. 1. p. 115. In Jamaica australi. Involuc. 3-phyll. longissimum. ♃

34. *Brizaeus*, culm. triquetro, fol. angustis. umbellulis confertis aphyllis, spiculis oblongo-ovatis obtusis. Richard in Act. Soc. Lin. Paris. p. 106. Hab. in Amer. meridion. Spiculae subbrizaeformes.

35. *viscosus*, culm. subcompresso basi viscoso, fol. asperis, umb. foliosa composita, spiculis subconglobatis obtusis. Ait. Kew. p. 70 Swartz Flor. Ind. occid. 1. p. 113. Hab. in in arenosis, subhumidis Jamaica australi. Hujus loci est Cyp. elegans. Rottb. gram. p. 34. t. 6. f. 1. secundum Vahl Eclog. Amer. fasc. 2. Forte non diversus est a Cyp. *odorato*. L.

36. *ligularis*, culm. triquetro, umb. composita, flor. pedunculatis, spiculis paucifloris spicatis, glumis obtuse mucronatis, involucro polyphyllo longissimo. Willd. p. 277. C. ligularis, culmo triquetro nudo, umbel. spiculis capitatis oblongis sessilibus, involucris longissimis serrato-asperis. Lin. Amoen. acad. 5. p. 391. Rottb. 35. t. 11. f. 2. Hab. in Jamaica et ad C. b. sp.

37. *cinnamomeus*, culm. triquetro folioso, umbell. spiculis capitatis ovatis pedunculatis sessilibusque, involucro pentaphyllo serrulato-scabro. Retz obs. 4. p. 10. Var. prioris?

38. *alopecuroides*, culm. triquetro, umb. supradecomposita, spicis digitatis oblongis, spicul. confertissimis imbricatis erectis. Rottb. 38. t. 8. f. 2. C. glomeratus. L. Willd. 277. calopecuroides, culmo trigono, umb. decomposita involucro polyphyllo serrato breviore, spiculis cylindricis. Thunb. prodr. p. 18. Hab. in Arabia felici, India et Cap. b. spei. Planta speciosa. ♃

39. *imbricatus*, culm. triquetro nudo, umb. decomposita, umbellularum radiis imbricatis, involucri hexaphylli foliis tribus longissimis, tribus brevissimis. Retz obs. 5. p. 12. In India.

* * * * * *Culmo triquetro, umbella composita et decomposita, spiculis divaricatis.*

40. *maderaspatanus*, culm. triquetro, umb. composita, spiculis linearibus, glumis lanceolatis uncinato-muricatis, involucro triphyllo longissimo lanceolato. W. l. c. p. 278. Cyperus squarrosus. Rottb. 25. t. 6. f. 3. Pluk. amalth. 114. t. 397. f. 2. Hab. in India. Parvulus. ☉

41. *castaneus*, culm. triquetro, umb. composita, spiculis linearib. multifloris, glumis obtusis recurvato-mucronatis, involucro triphyllo longissimo convoluto-setaceo. Willd. 278. Hab. in India.

42. *elegans*, culm. triquetro, umbell. subtriradiatis, spiculis subternis linearib. squamis obcordatis sublistantib. mucronatis patulis, involucris planis. Vahl. Eclog. 2. Lin. Willd. spec. p. 278. Sloan. jam. 1 p. 117. t. 75. f. 1. Hab. in Jamaicae paludosis.

43. *scopellatus*, umb. subhexaphyllis, radiis alternis confertis ramosis, fasciculatis aphyllis, spiculis lineari-lanceolatis. Vahl. Eclog. 2. Richard in. Act. Soc. hist. nat. Paris. 1. p. 106. Hab. in Martinica.

44. *surinamensis*, culm. triquetro, umb. decomposita, spiculis ovatis, glumis acuminatis imbricatis, involucro triphyllo W. p. 279. Rottb. 35. t. 6. f. 5. Hab. in Surinamo.

45. *flavidus*, culm. triquetro striato, umb. composita triphylla, spicis lanceolatis, monandris. Retz. obs. 5. p. 13. In India.

46. *flavescens*, culm. triquet. nudo, umb. sub composita triphylla, spicis confertis lanceolatis, glumis obtusis. Willd. p. 279. Roth. germ. II. p. 50. Desf. Atl. 1. p. 46. Moris. hist. 3. p. 239. s. 8. t. 11. f. 37. Hab. in Europae et Barbariae paludosis. ☉

47. *fuscus*, culmo triquetro, umb. composita, triphylla, spicis linearibus confertis glumis acutis imbricatis. Willd. 280. Flor. dan. t. 179. Leers. herb. t. 1. f. 2. Roth. germ. II. p. 50. Hall. helv. n. 1349. Moris hist. 3. p. 239. s. 8. t. 9. f. 38. Hab. cum priore. culm. subflaccidus. ☉

48. *viridis*, culmo triquetro, umb. composita triphylla, spicis linearibus confertis, glumis acutis patulis. Willd. sp. 1, p. 280. Cyperus viridis, Krock. siles. n. 69,

t. 13. Hab. in montosis Silesiae et circa Argentoratum. Culm. subrigidus. ⊙

49. *difformis*, culm. triquetro nudo, umb. diphylla simplici trifida, spicis cuspidatis, intermedia sessili. Amoen. 4. p. 302. Rottb. 24. t. 9. f. 2 Pluk. alm. t. 192. f. 3. Hab. in India. Spicae numerosae, squamis ovatis concavis obtusis, latere scariosis.

50. *jeminicus*, culm. triquetro seminudo basi bulboso, involucro diphyllo, umb. subsimplici, spiculis linearibus. Retz. obs. 4. p. 11. Rottb. 25. t. 8. f. 1. In Arabia felici, in regione Jeminensi inque graminosis Zeilonae. ♃

51. *strigosus*, culm. triquetro nudo, umb. subsimplici, involucr. 4-phyllo, spiculis linearib. confertissimis horizontalibus. Lin. Sp. plant. 69. Rottb. 40. t. 11. f. 3. Sloan. hist. 1. p. 116. t. 74. f. 2. 3. In Jamaicae, Virginiae paludibus, inque India. Radix subrotunda.

52. *tenuis*, culm. triquetro nudo, umb. simplici, spiculis subulatis confertis horizontali-reflexis, involucr. polyphyllo foliol. lineari-setaceis. Swartz. Flor. 1. p. 119. In Jamaicae occident. gramin. montosis.

53. *tuberosus*, culm. triquetro basi folioso, involucro triphyllo, umb. composita, spicis lanceolatis teretiusculis. Rottb. p. 28. t. 7. f. 1. In India.

54. *pumilus*, culm. folioso triquetro, involucro tetraphyllo, umb. composita, spicis alternis ovato-lanceolatis nitidis. Rottb. 29. t. 9. f. 4. β? Cyper. pumilus. L. Sp. plant. 67. Amoen. acad. 4. p. 302? Hab. in India. In β involucr. 2-phyllum dicitur.

55. *stoloniferus*, culm. nudo triquetro, umb. composita involucrata, spiculis lanceolatis. Retz. obs. 4. Hab. in India. ♃

56. *compressus*, culm. triquetro nudo, umb. universali triphylla, glumis mucronatis, lateribus membranaceis. Sp. 68. Rottb. 27. t. 9. f. 3. Sloan. hist. 1. p. 117. t. 76. f. 1. Hab. in pratis Jamaicae et Amer. septentr. Spicae radii 4, longe pedunculati, umb. media sessili.

57. *pulcher*, culm. trigono, umb. decomposita involucro subhexaphyllo breviore, spiculis ovatis Thunb. prod. 18. Hab. in Cap. b. spei

58. *monandrus*, culm. inferne folioso obtuse triangulo, umb. polystachia decomposita, spicis lanceolatis confertis sessilib. flor. monandris. Roth. catal. 1. p. 3. C. vegetus. Willd. Sp. 1. p. 283. Affinis videtur praecedenti. An varietas C. glabri? W.

59. *albidus*, culm. triquetro nudo, umb. composita, pedunculis corymbosis, involucro polyphyllo longissimo. Retz. obs. 6. p. 21. Hab. in India.

60. *hexastachyos*, culm. triquetro nudo fol. gramineis linearibus molliusculis glaucis, umb. simplici flaccida, spicis linearibus alternis subsenis. Rottb. 28. t. 14. f. 2. Sw. Fl. ind. occid. 1. p. 117. Hab. in India et Jamaica. C. *rotundus*. L. sp. pl. ed. 1. diversus est. Sw. ♃

61. *Hydra*, culm. triquetro laevigato, umb. simplici sessili et 1-2 pedunculatis, spicul. linearib. fol. radical. recurvatis, radice repente tuberosa. Michaux. 1. p. 27. Hab. in cult. Amer. boreal. spic. castaneae. Planta tuberib. facillime renascens maximo agris damno. M. Praecedenti affinis.

62. *tetrastachyos*, culm. triquetro, involucr. sub-4-phyll. corymbo breviore, spic. subquaternis arcuatis, acutis. Desfont. atl. 1. p. 45. t. 8. Hab. in Algeria ad ripas flum. Taddah. An prioris varietas?

63. *glaber*, culm. triquetro nudo laevi, umb. triphylla, flor. glomeratis, inferiorib. brachiatis, fol. glabris. Lin. Mant. 179. Segu. suppl. 66. t. 2. f. 1. Allion. pedem. p. Hab. in Veronae et Pedemont. humentibus. Culm. palmaris. Involucr. triphyllum culmo longius, praeter 3 foliola subulata brevia.

64. *brunneus*, culm. triquetro nudo, fol. lato-linearib. planis, umb. 8-phylla, spic. subsessilibus: glumis striatis. Swartz. l. c. p. 116. Hab. in Ind. occident. Setae 2. latiusculae ad latera germinis. Sw.

65. *odoratus*, culm. triquetro nudo, umb. decomposita simpliciter foliosa, pedicellis distiche spicatis. Lin. Sp. pl. 68. Rottb. p. 38. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 116. t. 74. f. 1. In America ad fluviorum ripas. ♃

66. *esculentus*, culm. triquetro nudo, umb. foliosa, radicum tuberibus ovatis, zonis imbricatis. Morist. hist. 3. p. 236. s. 8. t. 11. f. 10. Desf. atl. 1. p. 43. Villars Dauph. 1. p. Hab. Monspelii, in Italia, Oriente et Barbaria. ♃

67. *tenuiflorus*, culm. triquetro, fol. linearibus, umb. decomposita, spiculis linearib. acutis angustissimis. Rottb gram. 30. t. 14. f. 1. Jacq. ic. rar. 2. t. 296. Collect. 3. p. 190.

68. *badius*, culm. triquetro nudo, fol. serrulatis, corymbo terminali, spicul. lineari-subulatis congestis, involucr. pedunculis longiore. Desfont. Atl. 1. p. 45. t. 7. f. 2. Ad. ripas rivulor. Algeriae. Involucra. 4-5

Phyll. Spicul. ferrugineae. Affinis C. *tenuifloro*. Rottb. ♃

69. *pallescens*, culm. triquetro basi folioso, pedunc. supradecompositis, spiculis lineari-subulatis rectis distinctis, involucr. sub-4-phyllo umb. breviore. Desf. l. c. t. 9. Hab. ad lacuum ripas prope la Calle. Spic. primo albidae deinde pallide rufae. ♃

70. *Pangorei*, culm. triquetro basi folioso, involucro triphyllo, umb. universali decomposita: partialibus subtrifidis. Retz. obs. 4. p. 10. Rottb. 31. t. 7. f. 3.

71. *flavicomus*, culm. triquetro nudo, umb. composita, involucro longissimo sub-5-phyllo. Michaux. l. c. In Carolina. Umb. ramuli ab ipsa basi floriferi, spiculae patente, flavae oblongae 7-florae. M.

72. *virens*, culm. triquetro, umb. composita subnuda, involucro polyphyllo longissimo peduncul. s. ramis divaricato-ramosis. Michaux. l. c. In Carolina. Majusculus. Spicul. fasciculatae, virentes ovatae planae. M.

73. *strigosus*, culm. triquetro nudo, umb. composita, involucro longissimo, spic. teretiusculis, patentissimis. Mich. l. c. Cum priore.

74. *lanceus*, culm. trigono folioso, umb. composita, involucro duplo breviore, spicul. oblongis. Thunb. prod. 18. C. denudatus. Linn. suppl. 108? Hab. in Cap. b. spei.

75. *longus*, culm. triquetro folioso, umb. foliosa supradecomposita, pedunculis nudis, spicis alternis linearib. Jacq. icon. rar. 2. t. 297. Collect. 3. p. 191. C. odoratus radice longa. Moris. hist. 3. p. 237. s. 8. t. 11. f. 13. Hab. ad rivulos Europ. austral. Spic. brunneae, nitidae.

76. *fastigiatus*, culm. triquetro, umb. decomposita, pedunculis longissimis filiformib subquinquefidis, spicis plurimis linearib. sparsis. Rottb. 32. t. 7. f. 2. Burm. ind. 20. t. 8. f. 2. Hab. in India. ♃

77. *canaliculatus*, culm. triquetro canaliculato nudo, umb. decomposita, pedunculis racemosis, involucro polyphyllo longissimo. Retz obs. 6. p. 20. Hab. in India orientali.

78. *Monti*, culm. triquetro, umb. decomposita paniculata, spiculis ovatis floscul. distinctis, involucro hexaphyllo. Willd. p. 286. Linn. suppl. 102. Rottb 31. serotinus C. serotinus odoratus, radice longa, panicula e locustis latis ferrugineis compactis. Mont. gram. 12. t. 1. f. 2. In maritimis Italiae et Tergesti. ♃

79. *niger*, culm. triquetro nudo glabro, fol. ensiformib. umb. foliosa, pedunc. plurimis longis, spicis laxis nigricantibus. Flor. Per. 1 p. 47. Hab. in inundatis Prov. Cercado et Chancay. ⊙

80. *Iria*, culm. triquetro seminudo, umb. foliosa decomposita, spiculis alternis, granis distinctis. Rottb. gram. 41. Willd. l. c. p. 286. Pluk. alm. 179. t. 191. f. 7. Iria s. Balari. Reed. mal. 12. p. 105. t. 56. Hab. in India. Distinctus spicul. linearibus, flor. dentium pectinis instar, parum distantibus. W.

81. *Santonici*, culm. triquetro, umb. supradecomposita verticillata paniculata. Willd. p. 287. Rottb. 41. t. 9. f. 1. Hab. in India.

82. *corymbosus*, involucr. polyphyllo, umb. supradecomposita, pedunc. filiformibus corymbosis strictis. Rottb. gram. 42. t. 7. f. 4. Cyperus, culmo trigono aphyllo, umb. decomposita involucro breviore, spicis linearib. Thunb. prod. 18. Hab. in Asia et Cap. b. spei.

83. *racemosus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, pedunc. ramosis racemosisque, involucro polyphyllo longo. Retz. obs. 6. p. 20. In India orientali.

84. *Haspan*, culm. triquetro folioso, umb. supradecomposita, spiculis umbellato-sessilibus. Rottb. 36. t. 6. f. 2. Pluk. alm. 179. t. 192. f. 2. Hab. in India, Aethiopia. ♃

85. *elatus*, culm. triquetro nudo, umb. foliosa supradecomposita, spicis sessilib. digitalibus imbricatis, spiculis subulatis. Amoen. acad. 4. p. 301. in Hab. India. Gramen magnum. Involucr. universale polyphyllum longissimum, partialia spicis breviora. Spicae longitudine digiti, ferrugineae, imbricatae ex spiculis teneris distichis. L.

86. *distans*, culm. triquetro nudo, umb. foliosa supradecomposita, spicis alternis, filiformibus, flosc. distantib. Lin. suppl. 103. Jacq. ic. rar. 2. t. 299. Collect. 3. p. 189. Cyperus elatus. Rottb. gram. 37. t. 10. Hab. in insulis Caribaeis. ♃

87. *diphyllus*, culm. subtriquetro diphyllo, umb. supradecomposita, spiculis teretiusculis subpinnatis. Retz. obs. 5. p. 11. Hab. in Indiae orientalis rivulis.

88. *Papyrus*, culm. triquetro nudo, umb. involucris longiore, involucellis triphyllis setaceis longioribus, spiculis ternis. Syst. veg. 97. Rottb. gram. 32. Mich. gen. 44. t. 19. Papyrus. Bruce itin. 5. p. 1. t. 1. In fluviis Calabriae, Siciliae, Syriae, Aegypti. Involucr. 8-phyllum umbella

brevius:

brevius : foliolis exterioribus 4 latioribus. 4 pedes et ultra altum. In caldariis colitur. Spic. tenerae.

89. *flabelliformis*, culmo sulcato triquetro : involucr. polyphyllo, foliol. alternis, lanceol. longissim. pedunc. axillaribus umbellato-corymbiferis, spicul. 4-6 ovatis. Rottb. 42. t. 12. f. 2 In Arabia felici. Caul. crass. contortus. Fol. floral. pedalia.

90. *alternifolius*, culm. triquetro, fol. alternis, in summo culmi confertis, umb. axillarib. compositis, spic. linearibus. Willd. Sp. 1. p. 289. Jacq. ic. rar. 2. t. 298. Coll. 2. p. 306. In insula Madagascar. Culmi nudi, apice fol. alternis confertis ensiformibus gaudet. Pedicelli aliquot e basi spicae, apice ferentes spicam similem.

† Isia. *Spica* simplex, squamis subdistiche imbricatis summis congestis; infimis aristatis. *Stam.* 1. *Stigm.* 2. Sem muticum. (*Richard.*)

91. *caribaeus* caespite laxo, squamis binis infimis aristatis. Rich. Cyperus *monostachyos*. Lin. Willd. Sp. pl. 1. p. 271. excl. syn. Rottb. Sloan. jam. 1. p. 120. t. 73. f. 2. Hab. in pascuis aridis Amer.

92. *indicus*, caespite stricto, squamis pluribus aristatis. Rich. Cyperus *monostachyus*. Rottb. gram. p. 18. t. 13. f. 3. Hab. in India orientali.

122. DULICHIUM. Spicæ subracemosæ, ex axillis foliorum. *Spiculæ* lineari lanceolatæ subcompressæ : squamæ subdistichæ amplexanti-appressae. *Stylus* longissimus, bifidus. Germ. setulæ retrorsum asperæ. (*Richard.* Pleuranthus. Mst.)

1. *spathaceum*, culm. triquetro folioso, spiculis patulis, subsexfloris. Pleuranthus *floribundus*. Rich. Cyperus *spathaceus*, racemis axillaribus. Willd. Spec. pl. 1. p. 289. Schoenus spathaceus. L. Scirpus spathaceus. Michaux. Hab. in Virginia.

2. *canadense*, racemis simplicibus pedunculatis, spiculis paucis erectis subdecemfloris. Richard. Michaux. Hab. in Canada.

123. SCIRPUS. *Glumæ* paleaceæ s. squamæ undique imbricatæ. *Cor.* o. *Sem.* 1, nudum aut villis s. setulis brevioribus cinctum.

* *Monostachyi.*

1. *mutatus*, culmo triquetro nudo, spica cylindrica terminali. Amoen. acad. 5. p. 391. Willd. Sp. pl. 1. p. 290. Hab. in Jamaica. Simillimus S. geniculato, sed triqueter, molliusculus, nec articulatus. ♃

2. *spiralis*, culm. aggregatis subnudis triquetris, spica cylindrica terminali, flosc. cuneiformibus truncatis spiraliter dispositis. Rottb. gram. p. 45. t. 75. f. 1. Hab. in India. ♃

3. *articulatus*, culm. fistuloso tereti nudiusculo subarticulato, capitulo glomerato laterali. Sp. plant. 70. Vahl. symbol. 1. p. 8. Rheed. mal. 12. p. 135. t. 71. In Malabariae aquosis arenosis. Spicae laterales in capitulum semiverticillatum collectae. L.

4. *plantagineus*, culm. tereti ventricoso nudo, spica cylindrico-subulata terminali. Swartz. Flor. p. 123. Retz. obs. 5. p. 14. Rottb. gram. 45. t. 15. f. 2. Hab. in India et Jamaicae inundat. argillosis.

5. *nutans*, culmo compresso subtetragono nudo, spica ovata solitaria terminali nutante. Retz. obs. 4. p. 12. In uliginosis Malaccae. ♃

6. *quadrangulus*, aphyllus, culm. tetraquetro nudo stricto, spica cylindrica, squamis rotundato-obtusis. Michaux. Flor. 1. p. 30. Hab. in Carolina.

7. *tuberculosus*, culmo nudo, spicis turgidis ovatis, semine tuberculo terminato. Mich. l. c. cum priore.

8. *capillaceus*, minutus, culm. foliisque capillaceis, spica oblongo-ovata acuta. Mich. l. c. Hab. in Nova Anglia. Affinis S. aciculari dicitur. Spic. squamae paucae, oblongae, castaneae. M.

9. *palustris*, culm. tereti nudo, spica ovato-oblonga subtereti, glumis acutis, rad. repente. Flor. dan. t. 273. Leers. t. 1. f. 3. Hoffm. germ. ed. 2 p. 21. Smith. Flor. brit. p. 48. Hab. in fossis.

10. *multicaulis*, culm. tereti basi vaginato, spica ovata terminali : glum. obtusis aequalib., radice fibrosa. Smith. Flor. brit. 1. p. 48. Flor. dan. t. 167. Rel. Rudb. 28. f. 2. Rupp. Flor. Jen. ed. Hall. p. 319. Hab. in paludosis turfosis Angl., Daniae et Germaniae rarius. Spic. ferruginea ad basin saepius vivipara. Flor. Julio. S.

β? *intermedius*, aphyllus, spica oblongo-ovata subacuta, bract. rotundatis, glumis obtusiusculis castaneis. Thuill. Flor. Paris. ed 2. p. 21. Hab. in paludibus prope Raincy non procul a Parisiis. Fl. Maio.

11. *reptans*, radice (stirpe) reptante, culm. cespitosis : plurimis sterilib. recur-

vatis, spic. oblonga: squamis lanceolatis acutissimis. Thuillier. l. c. p. 22. Hab. ad ripas Sequanae.

12. *geniculatus*, culmo tereti nudo, spica oblonga terminali. Rottb. gram. p. 44. Sloan. jam. 37. hist. 1. p. 122. t. 75. f. 2. et t. 81. f. 3. Hab. in Jamaica.

13. *caespitosus*, aphyllus, culmo tereti sulcato rigido basi vaginato multiplici-squamoso, spica terminali glumis exterioribus maximis. Smith. l. c. t. 1. p. 48 Roth. Catal. 1. p. 7 Hab. in ericetis turfosis, montosis. Glum. inaequales ovali oblongae: majore spicam aequante Roth.

14. *Baeothryon*, aphyllus, culmo striato tereta, basi vaginato, squamis radicilib. subnullis, spica terminali, gluma exteriorib. longiore. S. *pauciflorus*. Smith. l. c. p. 50. Lightf. 1078. Lin. suppl. p. 103. S. *Halleri*. Villars delph. 2. p. 188. Hab. in palustrib. montosis. Stam 3 longa, villosa. Hoffm. Glumae obtusiusculae membranaceae; altera majore spica breviore.

15. *turgidus*, cespitosus, culm. confertis nudis, spica turgide ovata: squamis ovalibus obtusis. Thuill. l. c. p. 22. Hab. in paludosis prope Meudon; etiam prope Argentoratum (Strasburg) crescit. Spicae subrotundae fere.

16. *campestris*, culm. striato nudo, pica terminali calycem bibalvem vix superante, glumis oblongis membranaceis obtusis subaequalibus. Roth. Catal. 1. p. 5. et V. 2. p. 2. Hoffm. germ. ed. 2. p. 22. Flor. dan. t. 167. Scheuchz. t. 7. f. 19. Hab. in ducatu Oldenburgensi et in Franconia. Culm. 2-5, setacei fol. longior. Styl. 3-fidus. Sem. triquetr. ♃

17. *capitatus*, culm. tereti nudo setiformi, spica subglobosa terminali, stylo trifido. Sp. pl. 70. *Scaribaeus*, culmis fasciculatis setaceis sulcatis triquetris, spica minima ovata terminali. Rottb. p. 46. t. 15. f. 3. In Virginia inque insulis Caribaeis. ♃

18. *ovatus*, culm. subcompresso nudo filiformi, spica ovata terminali nuda, floribus diandris, stylo bifido. Rottb. Catal. 1. p. 5. Willd. Sp. 1. p. 194. Scirpus capitatus plur. auctorum. Moris. hist. 3. p. 233. f. 8. t. 10. f. 34. Hab. in Germaniae humidis. Setae 6. ♃

19. *atropurpureus*, culm. setaceis teretibus fasciculatis, spicis terminalibus ovatis solitariis, flor. 1-andris. Retz. obs. 5. p. 14. Hab. in uliginosis Indiae.

20. *polytrichoides*, culm. compressis setaceis, spicis terminalib. solitariis subnutantibus 1-andris. Retz obs. 4. p. 11. Rumph. amb. 6. p. 17. t. 7. f. 1. Hab. in pascuis depressis subudis Zeylonae.

21. *acicularis*, culm. quadrangulo nudo setiformi, spica terminali ovata bivalvi, seminibus nudis. Lin. Flor. dan. t. 287. Moris. s. 8. t. 10. f. 37. Hab. in humidis inundatis ericetis, etiam in Amer. ♃

22. *fluitans*, culm. teretibus nudis alternis, caule folioso flaccido. Scheuch. t. 7. f. 20. Moris. hist. 3. p. 230. s. 8. t. 10. f. 31. Pluk. alm. t. 35. f. 1. β. *stolonifer*, culmo canaliculato, basi folioso, spica terminali bivalvi subbiflora. Roth. in Usteri Neu. Bot. Annal. 4. p. 30. Hab in udis. An styl. 3 fidus in β?

23. *compressus*, culmo teretiusculo nudo, spica compressa ex spiculis pluribus subdistichis composita, involucr. monophyllo. S. Caricis Retz. Willd. Sp. p. 292. Schoenus compressus L. Leers. t. 1. f. 1. Hab. in pratis, et turfosis. Sem. basi setis cinctum.

*** Culmo tereti polystachyo.*

24. *fragrans*, culmo tereti striato nudo, spicis ovatis pedunculatis inaequalibus, terminalib. umbellatis. Flor. Peruv. 1. p. 47. Hab. in nemorum runcationib. Pillao. Rad. fascic. fibrosa odoratissima. Fol. setacea, pubescentia. Stigm. 3.

25. *glomeratus*, culm. nudo teretiusculo, umb. glomerata, involucro diphyllo brevi, floribus diandris. Retz. obs. 4. p. 11. Hab. ad agrorum margines Zeylonae. ♃

26. *arvensis* culmis compressis striatis, umb. simplicibus, involucro monophyllo brevi. Retz. obs. 4. p. 11. Hab. in Zeylonae arvis.

27. *truncatus*, culm. tereti, capit. glomerato-globoso, involucro diphyllo, foliis linearibus. Thunb. prod. 17. Hab. ad Cap. b. spei, cum 4 sequentibus.

28. *laciniatus*, culm. tereti, capit. triangulari, glumis ovatis, involucro diphyllo. Thunb. prod. 17.

29. *membranaceus*, culm. tereti, capit. angulato, glumis ovatis membranaceis, involucro triphyllo. Thunb. prod. 17.

30. *pilosus*, culm. compresso, capit. ovato, glumis lanceolatis ciliatis, involucro tetraphyllo. Thunb. prod. 18.

31. *Histrix*, culm. capillari, capit. subdistachyo, glumis acuminatis squarrosis,

involucro monophyllo. Thunb. prod. 17. Hab. in Cap. b. spei.

32. *domingensis*, culm. tereti nudo altissimo, flor. corymbosis, pedicellis umbellatis simplicibusque, spic. teretiusculis, involucro corymbum aequante. Hab. in St. Domingo. Culm. 4-dripedalis et ultra, pro ratione tenuis. Fol. radicalia canaliculata laevissima, basi spadicea; spic. brunneae oblongae, squam. obtusis.

33. *lacustris*, culm. tereti elongato nudo, spicis ovatis sessilib. pedunculatisque terminalib. L. Willd. Sp. 1. p. 296. Mich. Flor. Amer. 1. p. 131. β. minor involucr. rigidioribus pungentib. Roth. germ. p. 57. Flor. dan. t. 454. Hab. in Europa, Canada et Barbaria, aquis stagnantib. Caul. sursum attenuatus, 2-3 pedalis.

34. *Holoschoenus*, culm. elongato tereti nudo, spicis subglobosis pluribus glomeratis pedunc. sessilibusque, involucr. diphyl. inaequali mucronato Pluk. Phyt. t. 40. f. 4. Roth. Beyträge p. 86. Scheuch. t. 8. f. 2, 3, 4 et 5. Hab. in Europa australi, et in paludib. Algeriae.

35. *australis*, culm. tereti nudo, capit. laterali sessili, bractea reflexa, fol. canaliculatis. Syst. Veg. 85. Pluk. Phyt. t. 40. f. 5. *Obs.* cl. Roth. l. c. et Smith Flor. brit. 1. p. 53. hunc et sequentem pro varietate prioris habent. Culmi laeves, vix pedales.

36. *romanus*, culm. tereti nudo, capitulo laterali sessili conglobato, bractea reflexa. Jacq. aust. 5. p. 23. t. 448. Scheuch. gram. 373. t. 8. f. 6. Hab. in Galloprovincia, Sibiria et Romae. *Obs.* Huic culmi fili crassitie; Sc. holoschoeni vero crassi ut in S. lacustri et apice pungentes. Lin.

37. *nodosus*, culmo compresso nodoso, capitulo glomerato mucronato. Rottb. gram. 52. t. 8. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei.

38. *radiatus*, culm. tereti, capitulo hemisphaerico, involucr. polyphyllo. Thunb. prod. 18. Schoenus radiatus. Lin. suppl. 101. Hab. ad Cap. b. spei. Culmus aphyllus palmaris striatus. Folia linearia canaliculata. Semina absque pappo.

39. *setaceus*, culm. nudo foliisque setaceis, spic. lateralib. subgeminis sessilibus. Flor. dan. t. 311. Leers herborn. n. 35. t. 1 f. 6. Hab. in uliginosis. Plant. tenera, minuta. Spicul. non terminal. uti vult Linnaeus, sed sub apice culmi laterales. Sem. nuda.

40. *supinus*, culm. tereti nudo, spicis sessilibus in medio culmo glomeratis. Dalib. paris. 16. Roth. germ. II. p. 58. fol. rotundo-teretibus. Tournef. inst. 528. Hab. in Gallia et in Marchia.

41. *natans*, culm. compresso folioso flexuoso-erecto, spic. 2-lateralibus. Thunb. prod. 17. Hab. in aquis Cap. b. spei.

42. *vaginatus*, culm. filiformi, capit. lateralibus alternis involucro brevioribus. Thunb. prod. 17. Hab. ad Cap. b. spei.

43. *tristachyos*, culmo capillari capit. tristachio laterali, glumis integris, involucro diphyllo. Thunb. prod. 17. Lin. suppl. 103. Rottb. 48. t. 13. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. An involucr. potius 1-phyllum?

44. *uncinatus*, pilosus, culm. tereti folioso, spicis in capitulum conglomeratis terminalibus axillaribusque. Willd. Sp. p. 300. Pluk. 178. t. 190. f. 7. Hab. in India. Culm. biuncialis. Squamae mucronatae uncinatae elevato-nervosae. W.

45. *aristatus*, culm. striato tereti folioso, panic. terminali diphylla, spicul. ovatis squarroso-echinatis. Willd. l. c. Scirpus pilosus. Retz. obs. 6. p. 19. Hab. in India.

46. *autumnalis*, culm. ancipiti nudo, umb. decomposita, spiculis ovatis. Mant. 180. Hab. in Virginia et Jamaica. Culmi palmares, compressi, altero latere subcarinati. Facies Junci pilosi.

47. *diphyllus*, culm. semicylindricis striatis diphyllis, umb. composita involucro diphyllo longiore. Retz. obs. 5. p. 15. Hab. in Tranquebaria.

48. *fastigiatus*, culm. filiformi, capitulo convexo compresso, glumis extimis mucronatis, involucro nullo. Thunb. prod. 18. Hab. in Cap. b. spei.

49. *globulosus*, culm. compresso nudo, panic. terminali, spicula unica sessili: pedunculatis pluribus globosis Retz. p. 19. obs. 6. Hab. in India.

50. *globiferus*, culm. nudo tereti, umb. terminali composita, capitulis globosis, ex spiculis pluribus arcte congestis. Lin. suppl. 104. Hab. in Tenariffa. Culm. aphyllus, terminatus spatha. Pedunc. terminati globulis ex spicis brevissimis congestis. Hi circa basin emittunt novos radios globiferos, iterum similiter dividendos, unde inflorescentia ex umb. basi proliferis constat. Lin.

51. *capillaris*, culm. nudo foliisque capillaribus, spicis pedunculatis ternis, intermedia sessili. Mant. 321. Burm. Zeyl. 108. t. 47. f. 2. Foliol. setaceum sub umb. spicis longius.

*** *Culmo triquetro, panicula nuda.*

52. *trispicatus*, culm. angulato nudo, spicis terminalibus ternis sessilibus nudis. Lin. suppl. 103. Thunb. prod. 17. Hab. ad Cap. b. spei. Folia vix ulla, nisi squamae ferrugineae radicales. Involucrum polyphyllum, foliis subulatis brevissimis.

53. *lateralis*, culm. triquetris nudis, spicis subternis lateralibus, involucro monophyllo brevi. Retz. obs. 4. p. 12. et 5. p. 16. Hab. in Zeylona.

54. *triqueter*, culm. triquetro nudo, spicis lateralib. subsessilibus pedunculatisque, mucronem rectum aequantibus. Lin. Mant. 29. Willd. Sp. p. 302.

α. S. *trigonus*, culm. trigono nudo, spicis lateralib. ovatis fasciculatis sessilib. pedunculatisque, mucrone erecto. Roth. Beyträge 2. P. 90. S. *triqueter* Lin. Willd. Sp. pl. 1. p. 302. Hab. in Europa australi ad paludes. Gluma calycina corollas aequans. Roth.

β. S. *triqueter* (triangularis), culm. triquetro nudo, spicis lateralib. sessilib. ovali-acuminatis, mucrone erecto Roth. l. c. p. 91. S. *mucronatus*. Roth. Flor. germ. Pollich. Cresc. cum priore. Spicae duplo acutiores quam praecedentis. Gluma corollis duplo fere major. Roth.

55. *mucronatus* (*tricarinatus*), culm. triangulo acuminato, spic. lateralib. ovatis sessilib. mucrone horizontali. Roth. l. c. Willd. Sp. l. c. Hab. rarius in stagnis. Omnib. in partibus crassior a antecedentibus. Caul. mollis, semen nigrum. Micheli gen. p. 47.

56. *americanus*, culm. acute triquetro nudo, spiculis sessilibus conglomeratis, oblongo-ovatis mucrone brevioribus. S. *triqueter*. Michaux Flora 1. p. 30. Hab. in Carolina inferiore. Ab Europaeo diversus videtur. Spiculae majores.

57. *dichotomus*, culm. triquetro nudo, umbella decomposita, spicis ovatis, dichotomiae sessilib. L. Flor. zeyl. 40. Rottb. Pluk. alm. 170. t. 119. f. 3. Hab. in India, Arabia et Aegypto.

58. *annuus*, culmo triquetro nudo multifloro, involucro diphyllo, umbel. simplici spicis solitariis peduncul. intermedia sessili Allion. Pedem. 2 p. 277. t. 88. f. 5. Deslont. Atl. 1. p. 51. Hab. in Helvetia, Pedemontano et Barbariae agris. Culm. plures ex una radice. Spic. ovato-acuminatae, unica in centro umb. sedet. A.

59. *echinatus*, culm. triquetro nudo, umb. simplici, spicis ovatis. Fl. zeyl. 38. Pluk. alm. 179. t. 91. f. 4. Hab. in India utraque.

60. *retrofractus*, culm. triquetro, umb. simplici, spicarum flosculis retrofractis. Sp. pl. Pluk. phyt. 415. f. 4. In Virginia. ♃

61. *ferrugineus*, culm. triquetro subnudo, involucris longitudine paniculae ciliatis. Willd. Sp. 1. p. 304. Schoenus polymorphus. Rottb. gram. 67. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 36. t. 77. f. 2. Hab. in Jamaicae paludibus et in siccis. ♃

62. *pubescens*, fol. radical. angustis, umbel. terminali sparsa spicul. crassiusculis ovatis, squamis subpubescentib. ovalibus. Mich. Flora. p. 31. Hab. in Carolina et Georgia.

63. *castaneus*, fol. radicalib. angustis, erectis, culmo subtereti striato, umbel. terminali bracteis involucrata, spicul. subrotundo-ovatis, squamis suborbiculatis. Michaux. l. c. Squamae nitentes, badiae. Hab. in Florida.

64. *Michauxii*, fol. radical. planis, culm. nudo subancipiti, umb. composita laxa, spicul. oblongo-ovatis: squamis lanceolatis, carina prominente discolore in mucronem desinente. S. mucronulatus. Mich. p. 32. Hab. in Carolina montib. Sem. nudum. Styl. trifidus.

65. *spadiceus*, culm. semitereti nudo retrorsum scabro, umbel. composita, spic. oblongis dichotomis sessilib. involucr. brevibus. Vahl. Eclog. Lin. Willd. Sp. 1. p. 305. Hab. in America meridionali, Jamaicae fluviis.

66. *miliaceus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, spicis subglobosis parvis intermediis sessilib. involucro setaceo. Sp. pl. 75. Retz obs. 5. p. 16. Rotth. p. 57. t. 5. f. 2. Hab. in India Pedunc. dichotomi. Culm. tenuis. Spicae pedunculatae, ut solitariae sessiles in ramificationibus umbellae, minutissimae ut semina Milii. Lin.

* *bengalensis*, culm. tenui nudo, umb. supradecomposita, involucro tetraphyllo, spicul. intermediis sessilib. ovatis (minutis): squamis concavo-carinatis mucronatis. Communicatus a cl. Richard, qui cum ex Bengalia accepit. An diversa species?

67. *maritimus* (*riparius*), culm. triquetro, panic. conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata, involucro polyphyllo Hab. in lacub. et fossis. 2-3 pedalis.

β. *macrostachyus*, culm. acute triquetro folioso, bracteis plurib. longissimis,

spic. sessilib. pedunculatisque crassis ovatis squamis subaristatis. Michaux Flora. p. 32. Hab. in Carol. paludib. salsis.

68. *compactus*, minor, spiculis omnibus sessilib. squamis trifidis, involucro diphyllo. Kroecker Flor. Siles 1. t. 15. Flor. dan. t. 937. Hab. in uliginosis subexsiccatis. Tam ob locum, quam parvitatem ab antecedente diversus.

69. *grossus*, culm. triquetro nudo, umb. supradecomposita, spicis pedicellatis, involucro triphyllo lanceolato-subulato longissimo. Lin. suppl. 104. Hab. in India. Culmus orgyalis. Involucrum foliol. unico longissimo. Simillimus S. miliaceo, sed magnitudine diversus. L.

70. *Luzulae*, culm. triquetro nudo, umb. foliosa prolifera, spiculis subrotundis. Lin. Pluk. mant. 97. t. 417. f. 3. Hab. in India. Involucrum universale polyphyllum : fol. ensiformib. umb. longioribus ; partialia vix ulla. Capit. subrotunda, glomerata ex spiculis subrotundis.

71. *sylvaticus*, culm. triquetro folioso, umb. foliacea, pedunc. nudis supradecompositis dichotomis, spicis confertis. Flor. dan. t. 307. Leers. t. 1. f. 4. Michaux, Flor. 1. p. 33. β. *radicans*, culm. triquetro folioso, umb. foliacea, culmis sterilibus deflexis apice radicantibus. Schkuhr. Hoffm. germ. p. 26. Hab. in sylvarum fossis. ♃

72. *aestivalis*, culm. depressis triquetris nudis, umb. compositis involucratis, flor. monandris. Retz. obs. 4. p. 12. Hab. in fundo fluviorum exsiccatorum Zeylonae. ♃

73. *squarrosus*, culm. triquetro nudo foliisque setaceis, spicis ternis sessilibus ovatis squarrosis. Mant. 181. Rottb. p. 49. t. 17. f. 5. Hab. in Ind. orientali. Involucr. diphyllum ; spicae squam. subulatis, exstantibus, basi nodosis, valde imbricatis.

74. *dipsaceus*, culm. setaceis triquetris, umb. simplici, capitulis oblongis squarrosis, flosc. subulatis recurvis diandris, germine echinato. Rottb. gram. 56. t. 12. f. 1. Hab. in India. Parvus. Involucr. 3-4 phyllum.

76. *junciformis*, culm. nudo filiformi subtrigono, paniculae spiculis sessilibus pedunculatisque, involucro diphyllo. Retz. obs. 6. p. 19. Hab. in China.

76. *michelianus*, culm. triquetro, capitulo globoso, involucr. polyphyllo longo. Lin. Bot. Annal. 1. p. 20. t. 2. Desf. atl. 1. p. 51. Till. pis. 51. t. 21. f. 5. Buxb. cent. 1. p. 34. t. 55. f. 1. Hab. in Europa Aegypto et in Marocco.

77. *ciliaris*, culm. triquetro folioso, umb. sparsis, squamis calycinis aristis ciliatis. Mant. 182. Rottb. t. 17. f. 1. S. *pubescens*. Desf. Atlant. 1. p. 52. Schousboe Maroc. ed. germ. p. 19. Hab. in India orientali et in Barbaria. Culmi palmares laxi. Spicae ovatae, hirtae pilis raris. Involucri loco saepe foliola 1. seu 2. parva.

***** *Culmo triquetro, Capitulo terminali.*

78. *hottentottus*, culm. triquetro folioso, capitulo globoso, squam. lanceolatis hirtis. Lin. Mant. 182. Thunb. prod. 18. Ad Cap. b. spei locis paludosis. Folia caulina, 3, remotissima. Involucrum capituli triphyllum.

79. *antarcticus*, culm. triquetro nudo foliisque filiformib. capitulo globoso, involucr. 1-phyllo. Mant. 181. Thunb. prod. 17. Scirpus barbatus, vaginis suboppositis ora superiori barbatis. Rottb gram. 52. t. 17. f. 4? Pluk. alm. 179. t. 299. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei et in Guinea. Spicae ovatae, trifariam imbricatae triquetrae.

80. *argenteus*, culm. setaceis triquetris, involucr. tetraphyllo longissimo, spic. cylindricis plurimis in capitulum glomeratis. Rottb. p. 51. t. 17. f. 6. Rheed. mal. 12. p. 101. Hab. in India.

* 81. *monander*, culm. triquetro, involucr. triphyllo longo, capitulo sessili glomerato, flosc. monandris. Rottb. p. 50. t. 14. f. 3. Hab. in India. Spic. ovato-teretes.

82. *cephalotes*, culm. triquetro nudo, capitulo ovato squarroso, involucr. triphyllo longo. Lin. Willd. Sp. 1. p. 311 Houttuyn t. 88. f. 3. Hab. in India.

124. TRICHOPHORUM. Spicul. subovatæ, squamis undique imbricatis. *Sem.* setulæ capilliformes (nec lanam densam referentes) demum longe exsertæ numero definito sex. (Genus intermedium inter Scirpum et Eriophorum.)

1. *cyperinum*, culmo triquetro folioso, panicula decomposita, spiculis confertis ovatis. Scirpus Eriophorum. Michaux Flor. 1. p. 33. Eriophorum cyperinum Lin. Willd. Spec. 1. p. 313. Hab. in Amer. boreali. Gram. altum.

2? *lineatum*, culm. folioso paniculato, spicul. ovato-oblongis : squamis lanceolatis subcarinatis. Scirp. lineatus. Michaux. l. c. Hab. in Carolina. Priori subsimile.

3. *alpinum*, parvum, culm. nudo angulato spicato. Erioph. alpinum. Lin. Flor. dan. t. 620. Sowerb. engl. bot. t. 311. Hab. in Europae subalpinis.

β *hudsonianum*, majus, culm. nudo triquetro, fol. canaliculato-setaceis. Michaux. p. 34. Hab. ad sinum Hudsonis.

125. ERIOPHORUM. *Glumæ* paleaceæ undique imbricatæ. *Sem.* lana densa longissima cinctum.

* *Monostachya*.

1. *vaginatum*, culmis vaginatis teretibus, foliis triquetro-canaliculatis, spica ovata. Roth. N. Bot. Beyträge, 1. p. 95. Willd. Spec. 1. p. 312. Flor. dan. t. 236. Hab. in montosis uliginosis. Glum. acuminatae.

2. *Scheuchzeri*, culm. basi vaginatis teretib., fol. tereti-canaliculatis, spica rotunda. Roth. l. c. Scheuchz. Agrost. app. t. 7. E. *capitatum*. Hoffm. Flor. germ. ed. 2. p. 26. Hab. in alpib. rhaeticis et Salisburg. Glum. obtusae.

83. *spicata*, hispida, spica laxa, flor. alternis, fol. linearib. integerrimis. C. caule simplici aspero, fol. linearib., flor. laxe et longissime spicatis. Hall. Hab. in Valesia inferiori. Tota pilis albis hispida. L. ♂

84. *strigosa*, caps. obtectis, fol. lanceolatis integerrimis, pedunc. axillaribus unifloris, caule strigoso. Vahl. symb. 3. p. 34. Hab. in Oriente.

85. *alpina*, fol. ellipticis hirsutis, petiolis alaribus unifloris, flor. glabris. Hall. helv. n.° 695. Jacq. austr. 2. t. 118. Hab. in alpibus Schneeberg, Helvetiae. Tota flavescens. Folia lineari-oblonga, integra. Linn. ♃

* *longifolia*, hispida, caule simplice, pedunc. axillaribus 1-floris: flor. erectis, fol. linearibus subcrenatis longissimis. Lapeyrouse. Flor. Pyren. ic. Hab. in monte Rancié in Pyrenaeis.

86. *mollis*, caps. 5-locularibus obtectis pedunculatis, caule prostrato, fol. suborbiculatis. Lin. Bocc. mus. t. 145. Barr. t. 759. Hab. in Italia, Hispania.

* *dichotoma*, caps. 5-locularibus obtectis, caule dichotomo, flor. cernuis. Sp. p. 237. Willd. p. 910. Moris. s. 5. t. 3. f. 26. Desf. atl. 1. p. Barr. ic. 759. Hab. in Syria et Barbaria.

87. *saxatilis*, caps. 5-carinatis obtectis, flor. alternis nutantibus, fol. obovatis crenatis. Bocc. mus. 2. p. 76. t. 64. Hab. in Cretae scopulis saxosis.

88. *alliariaefolia*, caps. obtectis, flor. radicalibus reniformibus duplicato-dentatis, caulinis ovatis dentatis sessilibus. W. l. c. Hab. in Oriente. Fol. radicalia facie Erysimi Alliariae. W.

89. *heterophylla*, fol. subovatis glabris integerrimis, caul. diffusis. Linn. Lam. enc. 1. p. 588. Camp. saxatilis, fol. inferioribus bellidis, caeteris Nummulariae. Tournef. iter. 1. p. 243. In insulis Archipelagi.

90. *parviflora*, cal. sinu reflexo, caule superne ramoso, foliis radicalibus longe petiolatis obovatis crenatis, caulinis ovato-lanceolatis incisis, flor. paniculatis. Lam. l. c. Tourn. Cor. 4. In Oriente.

91. *lyrata*, hispida, caps. obtectis, fol. radicalibus longis petiolatis lyratis: lobo terminali cordato, flor. erectis subsessilib. Lam. l. c. Mor. s. 5. t. 3. f. 31. Vid. Camp. *tomentosa*. Vent. Hort. Cels. p. 18. t. 18. Cum priore.

92. *sibirica*, caps. 3-locularibus obtectis, caule paniculato. Gmel. sib. 3. p. 154. t. 29. Jacq. austr. t. 200. Hab. in Sibiria, Austria. Flor. oblongi, parvi. ♂

93. *tridentata*, caps. 5-loculari obtecta, caule unifloro, fol. radicalibus tridentatis. Schreb. dec. 3. t. 2. Habit. in Oriente. Fol. radicalia Statices reticulatae. Flos majusculus. ♃

94. *laciniata*, caps. obtectis pedunculatis, fol. serratis: radicalibus lyratis, caulinis lanceolatis. L. Hab. in Graecia, Libano. Similis Michauxiae. W.

95. *stricta*, caps. obtectis, fol. hirtis: caulinis lanceolatis serratis, caule simplicissimo, flor. sessilibus. L. Hab. in Syria, Palaestina.

96. *aurea*, frutescens, caps. 5-locularibus, stigmatibus quinquefidis, caule paniculato, fol. duplicato serratis. Lin. supp. 141. In insulae Maderae rupibus. Nitida. Flor. flavesc.

* Legousia. *Corol.* subhypocrateriformis. *Stig.* 2-3-fidum. *Caps.* longissima, prismatico-cylindrica, 2-3-locularis, polysperma. *Prismatocarpus.* L'Herit. Sert. angl. p. 1.

97. *interrupta*, fol. subulatis ciliatis, ramis floriferis superne interruptis aphyllis. L'Her. sub Prismatocorpo cum sequentibus. Hab. ad Cap. b. spei.

98. *ericoides*, paniculata, fol. subulatis subciliatis, panic. longis pedunculatis. L'Her. Lam. ill. 2. p. 63. Polemonium Roelloides. Lin. suppl. ? C. subulata. Th. Prodr. p. 38? C. hispidula. Linn. suppl?
Cum priore.

99. *altiflora*, fol. subulatis subciliatis confertissimis, pedunc. longissimo aphyllo, germ. tomentosis L'Her. l. c.

Obs. Tres hae enumeratae species Lepidium subulatum refert. L'Her.

100. *fruticosa*, fol. lineari-subulatis muticis, panic. terminali pedunculata, caule

caule fruticoso. L'Herit. Willd. Spec. 2. p. 912.

101. *plicata*, fol. linearibus undulatis, caule prolifero laxe ramoso, germ. longissimis. Prism. crispus. L'Her. Habitu C. undulatae.

102. *Prismatocarpus*, foliis lanceolatis glaberrimis, flor. terminalibus sessilibus, cor. cal. duplo longioribus. Prism. nitidus. L'Her. C. Prismatocarpus. Ait. W. p. 913.

103. *Speculum*, (arvensis) caule ramosissimo diffuso, fol. oblongis subcrenatis, florib. solitariis majusculis patulis. Curt. mag. t. 108. Willd. Spec. p. 912. Legousia arvensis. Durande Flor. de Bourgogne 1. p. 37. (qui primus hanc plantam sub nomine indito ut diversum genus a Campanulis removit.) Hab. in agris, ad versuras viarum. Cor. fundo squamulis destituta (?) Dur.

104. *hybrida*, caule stricto basi subramoso, fol. oblongis subundulatis crenatis, calycib. corol. subclandestina longioribus. Lin. Moris. s. 5. t. 2. f. 22. Cresc. minus frequens cum priore, in locis calcareis.

105. *Pentagonia*, caule ramosissimo, fol. linearibus acuminatis, cal. pilosis cor. breviorib. Lin. L'Her. l. c. Hab. in Thracia. Cor. rotata.

106. *biflora*, caps. 3-locularibus, fol. late ovatis crenatis sessilibus, flor. binis axillaribus sessilibus. Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. Hab. in Peruviae arenosis. Cal. 3-5-partitus. Sequentem refert.

107. *perfoliata*, (amplexicaulis), caule simplici, fol. cordatis crenatis amplexicaulibus, florib. axillarib. sessilib. glomeratis. Lin. Moris. s. 5. t. 2. f. 23. C. amplexicaulis. Michaux Flor. 1. p. 108. Habit. in Amer. borealis cultis.

429. LIGHTFOOTIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, fundo clausa valvis staminiferis. *Stigma* 3-5-fidum. *Caps.* 3-5-locularis, 3-5-valvis semisupera.

1. *subulata*, fol. subulatis, petalis linearibus. L'Her. Sert. p. 4. t. 5. Willd. sp. p. 888. Campanula capillacea. Lin. suppl? Hab. ad Cap. b. spei. ♄

2. *oxycoccoides*, fol. petalisque lanceolatis. L'Her. l. c. t. 4. Lobelia tenella. Lin. Mant. Hab. cum priore. Rami filiformes prostrati. ♄

Obs. Hoc et sequens genus Campanulis nimis affinia, cum valvis staminiferis, charactere generi Campanulae aeque essentiali, ac nectarium Ranunculis, cum Campanulis conveniunt.

430. ROELLA. *Cor.* infundibuliformis: fundo clauso valvulis staminiferis. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* sub 2-locularis, cylindrica, infera. (Caps. 1-locularis apice pervia. Gærtn.)

1. *ciliata*, fol. lanceolatis ciliatis, flor. solitariis terminalibus. Thunb. prodr. 38. Willd. Sp. 1. p. 918. Lam. ill. t. 123. f. 1. Hort. cliff. 492. t. 35. Comm. hort. 2. p. 77. t. 39. Habit. in Mauritania, Aethiopia et Cap. b. spei.

2. *squarrosa*, fol. ovatis dentatis ciliatis, flor. terminalibus aggregatis. Th. R. filiformis. Lam. ill. p. 66. t. 123. f. 2. Habit. ad Cap. b. spei, cum sequentibus. ♃

3. *decurrens*, foliis lanceolatis ciliatis decurrentibus, pedunc. longissimis axillarib. Ait. Kew. 1. p. 226. L'Her. sert. angl. p. 4. t. 6. Andrew. t. 258. ⊙

4. *muscosa*, fol. ovatis dentatis reflexis glabris, flor. terminalibus solitariis. Thunb. Lin. suppl. 143. ⊙

5. *spicata*, fruticosa erecta, fol. lanceolatis integris ciliatis, flor. terminalib. subspicatis. Lin. suppl. 143. ♄

431. PHYTEUMA. *Cor.* primo tereti-conica, dein 5-partita: laciniis linearibus laxis. *Stigma* 2- s. 3-fidum. *Caps.* 2- s. 3-locularis infera.

* *Floribus capitato-spicatis.*

1. *pauciflorum*, capitulo subfolioso, fol. omnibus lanceolatis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 919. Rapunculus fol. ovatis, obtuse dentatis, bracteis maximis obtusis. Hall. helv. n.° 680. Hab. in alpibus Helveticis, Styriacis. Stylus saepius bifidus. ♃

2. *Scheuchzeri*, capitulo subfolioso, bracteis linearibus capitulo longioribus, fol. lanceolatis dentatis. Willd. l. c. Allion. pedem. n.° 428. t. 39. f. 2.

β. Ph. *Scorzonerifolium*, fol. omnibus oblongis laeviter crenatis, supremis linearibus, spica oblonga. Vill. delph. 2. p. 519. t. 12. f. 2. Hab. in alpibus Helveticis et Pedemontanis, et in Delphinatus. ♃

3. *Michelii*, capitulo subrotundo, bracteis oblongo-lanceolatis, fol. linearibus rigidis subintegerrimis. Willd. Ph. spica oblonga, fol. lineari-lanceolatis sub integerrimis. Allion. ped. n.° 427. t. 7. fig. 3. Habit. in monte Cenisio et in alpibus Hetruriae et Valesiae. ♃

4. *hemisphaericum*, capitulo subrotundo, bracteis ovatis ciliatis, fol. linearibus subintegerrimis caule vix brevioribus. Willd. Jacq. collect. 2. p. 61. Ic. rar. vol. 2. Hab. in Helvetiae, Italiae, Austriae, Hassiae, Pyrenaeis montibus et pratis.

5. *comosum*, fasciculo terminali sessili, fol. dentatis: radicalibus cordatis. Linn. Barr. ic. 889. Jacq. austr. app. t. 50. Hab. in Baldi, Carniolae et Tyrolensibus montibus. ♂

6. *orbiculare*, capitulo subrotundo, fol. serratis: radicalibus cordatis. Linn. Engl. bot. t. 142. In alpibus et pratis.

β. *lanceolata*, fol. omnibus oblongo-lanceolatis. Willd. Vill. Dauph. 2. p. 517, t. 12. f. 1.

γ. *ellipticum*, fol. omnibus oblongo-ellipticis obtusis. Willd. Vill. p. 922. t. 11. f. 2.

*. *Charmelii*, capitulo rotundo, fol. radicalibus cordatis subdentatis, caulinis linearibus integerrimis. Vill. l. c. t. 11. fig. 3. In rupestribus calcareis. Planta antisiphylitica.

7. *nigrum*, capitulo ovato, bracteis setaceis, fol. simpliciter dentatis, radicalib. cordatis, caulinis lanceolatis amplexicaulibus. Willd. Schmidt. bohem. 1. n.° 189. Hab. in pratis nemoribusque circa thermas Carolinas. ♃

8. *betonicaefolium*, spica oblonga, fol. simpliciter crenatis, radicalibus lanceolato-cordatis, caulinis lanceolatis. Willd. fol. cordatis oblongis crenatis, spica oblonga. Vill. 518. t. 12. f. 3. Hab. in montibus Delphinatus. ♃

9. *spicatum*, spica elongata, stylis pilosiusculis trifidis, fol. radicalibus cordatis duplicato-dentatis. Willd. Flor. dan. 362. Hab. frequens in sylvaticis. Flores albi.

β ? *Rapunculus*, rad. repente crassiuscula, fol. radical. cordatis petiolatis, caulinis oblongis sessilibus, spica ovata. Ph. ovalis. Hoppe. Cresc. vere in sylvis. Fl. violacei.

10. *ovatum*, spica ovata, stylis hirsutis flore longioribus emarginato-bifidis, fol. radicalibus cordatis duplicato-dentatis. W. Schmidt. Fl. bohem. I. n.° 190. Ph. Halleri. Allion. Hab. in pratis subalpinis Sudetorum, Bohemiae, Helvetiae et Pedemontii. ♃

** *Flor. axillaribus sparsis.*

11. *Lobelioides*, fol. lineari-lanceolatis denticulatis hispidis, caule paniculato flor. geminis pedunculatis sparsis. Willd. phytog. 1. n. 20. t. 4. f. 2. Hab. in Armenia.

12. *lanceolatum*, fol. lineari-lanceolatis tenuissime denticulatis scabris, caule basi ramoso, ramis simplicissimis foliosis, flor. sparsis geminatis sessilibus. Willd. l. c.

β ? *canescens*, fol. sessilibus, inferioribus obovatis serratis, superioribus lanceolatis integerrimis, flor. axillaribus racemosis. Plant. rar. Hungar. p. 12. t. 14. In Hungariae montibus apricis.

13. *rigidum*, foliis lineari-lanceolatis obsolete denticulatis glabriusculis, caule simplicissimo foliolo, flor. sparsis, pedunc. trifloris. W. Hab. in Oriente.

14. *amplexicaule*, fol. amplexicaulibus cordatis ovatis, duplicato-serratis, floribus sparsis. W. Hab. in Oriente.

PETROMARULA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* primo ovata, dein 5-partita: laciniis reflexis. *Filam.* basi dilatata. *Stig.* capitatum simplex. *Germ.* globosum. *Caps.* .

15. *pinnata*, foliis pinnatis, racemo composito. Vent. Hort. Cels. p. 52. t. 52. Linn. Willd. Sp. p. 925. Rapunculus creticus, Petromarula. Bauh. hist. 2. p. 811. t. 812. Hab. in Creta, Oriente, ubi ad muros et rupes frequens crescit.

Obs. Habitu et filamentis cum Campanulae genere, cor. rotata, quamvis facie aliena, cum Phyteumate convenit; sed ab utroque stylo crasso et stigm. simplice capitato differt, quare non male ut diversum genus constitui posset.

432. FORGESIA. *Cal.* turbinatus, 5-fidus. *Petala* 5. *Stigma* 2-lobum. *Caps.* seminifera, stylo 2-partito acuminata. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

1. *borbonica*. Dessorgia. Lam. ill. p. 69. t. 125. Forgesia. Juss. gen. p. 183. Habit. in ins. Borbonia. Arbor. Fol. lanceolato-ovata, serrata. Escalloniae Smith affinis. Lam.

433. TRACHELIUM. *Cor.* infundibuliformis. *Styl.* longus. *Stigma*

globosum. *Caps.* trilocularis, infera.

1. *caeruleum*, ramosum erectum, fol. ovatis serratis planis, flor. corymbosis. L. Willd. Sp. p. 926. Barr. ic. 683. 684. Hab. in Italiae et Orientis umbrosis. ♂

2. *diffusum*, ramosissimum diffusum, ramis divaricatis recurvis, foliis subulatis. Linn. suppl. 143. Habit. ad Cap. bon. spei.

3. *angustifolium*, erectum, fol. linearib. sessilibus integerrimis glabris. Schousb. maroc. 1. p. 85. In montosis aridis prope Tezzam.

4. *tenuifolium*, erectiusculum, foliis linearibus ciliatis hispidis. L. Hab. ad Cap. b. spei.

434. GOODENIA. *Cor.* labiata, 5-fida, undulata, longitudinaliter fissa, genitalia exserens. *Anth.* lineares. *Stigma* urceolatum ciliatum. *Caps.* 1-2-locul. 2-valv. polysperma, dissepimento parallelo. *Sem.* imbricata.

1. *ovata*, fol. ovatis denticulato-serratis glabris, pedunc. 3-floris, caps. lineari. Smith. Act. Soc. Linn. Lond. 2. p. 347. Willd. Sp. 2. p. 954. Vent. Hort. Cels. t. 3. Andrew. t. 68. Hab. in Nova Hollandia cum omnibus sequentibus.

2. *paniculata*, fol. obovato-lanceolatis dentatis corollisque pilosis, caule nudiusculo paniculato. Smith. Act. Soc. Lin. p. 348. Cav. ic. 6. p. 5. t. 507?

3. *bellidifolia*, fol. obovatis denticulatis carnosis, caule nudiusculo spicato, cor. extus hirsuta, fructu quadrivalvi. Smith. l. c. p. 349. Flor. flavi.

4. *calendulacea*, fol. integerrimis obovatis crassis scabris, flor. axillaribus caeruleis. Andrew. Repos. t. 22. Var. sequentis?

5. *stricta*, fol. lanceolatis integris dentatisve carnosis glabris, cor. extus hirsuta, stigmate ore contracto. Smith. l. c. Hab. in Novae Hollandiae locis humidis. Flores caerulei.

6. *heterophylla*, fol. integris dentatis lobatisque pilosis, fructu subrotundo, cor. nudiuscula. Smith. l. c. Cav. ic. 6. t. 508.

7. *hederacea*, fol. subrotundis integris quinquelobisve, cor. extus lanata, caule prostrato. Smith. l. c.

8? *radicans*, caule repente, fol. spathulatis. Selliera radicans. Cav. ic. 5. p. 49. t. 474. f. 2. Habit. in humidis maritimis Chiloe et in valle Chilensi prope Coquimbo.

Obs. Ob semina imbricata marginata, uti in quibusdam Goodeniis, hanc plantam, sed dubitanter, huc retuli, cum auctor de natura pericarpii adhuc incertus sit.

435. SCÆVOLA. *Cor.* 1-petala: tubo longitudinaliter fisso. *Limbo* 5-fido laterali. *Drupa* infera, 1-sperma. *Nux* 2-locularis.

1. *Lobelia*, fol. obovatis glabris integerrimis. Vahl. symb. 2. Lam. encycl. t. 124. f. 1. Willd. Sp. 2. p. 955. Lobelia Plumieri. Lin. Jacq. amer. Catesb. car. 1. p. 79. t. 79. Hab. in Indiis. ♄

2. *Koenigii*, fol. obovatis glabris superne dentato-subrepandis, calyce quinquedentato. Vahl. symb. 3. p. 36. Lam. ill. t. 124. f. 2. Hab. in India orientali. ♄

3. *sericea*, fol. obovatis villosis mollissimis, superne dentatis. Vahl. symb. 2. p. 37. Habit. in Sauvage Island.

4. *laevigata*, fol. alternis obovatis dentatis glabris, fructu minimo. S. microcarpa. Cav. ic. 6. p. 4. t. 509. Goodenia laevigata. Curt. Mag. t. 287. Cor. dilute violacea.

β? *albida*, stylo cauleque piloso. Sm. Act. Lin. 2. p. 348. Willd. Sp. p. 954. sub Goodenia. Hab. ad portum Jackson in N. Hollandia.

5. *hispida*, fol. lineari-lanceolatis hispidis, inferioribus dentatis, stylo apice hirsuto, cor. extus pilosa. Cav. l. c. p. 7. t. 510. Goodenia ramosissima. Smith. l. c. Cum priore. Cor. pariter dilute violacea.

Rubiaceae (gen. 436-474) constituunt ordinem plantarum valde naturalem et generum ditissimum. Plurimae sunt fruticosae aut etiam herbaceae; folia in his verticillata, in illis opposita, integerrima, stipulis aut vagina ciliari distincta. Flor. plurimum fragrantes, nonnullae odore sunt ingrato. Cor. tubulosa s. infundibuliformis. Staminum numerus valde variat, maxima parte 5 sunt, plura 4 (talia genera in antecedente classi occurrunt), rarius 6 aut plura. Fructus inferus, natura varius: nunc dicoccus s. semina nuda referens, nunc capsularis; plerumque baccatus, passim drupaceus, limbo calycis in plurimis coronatus, 1-2-aut multilocularis. Embryo

(Corculum Juss.) oblongus, tenuis, perispermio (albumine. G.) magno corneo involutus. Plura rubiacea genera (quod etiam in omni ordine valde naturali locum habet) inter se nimis affinia aegre distinguuntur.

436. CINCHONA. *Cal.* campanulatus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: limbo 5-partito utplurimum hirto. *Caps.* oblongoteres, 2-locularis, 2-partibilis: dissepimento parallelo. *Sem.* numerosa, compressa margine membranaceo cincta.

* *Staminibus inclusis.*

1. *officinalis*, fol. ovato-lanceolatis glabris, caps. oblongis. Vahl. in Act. Soc. Hist. nat. Haf. 1. p. 17. t. 1. Willd. Sp. 2. p. 957. Lam. enc. t. 64. f. 1. Habit. in Loxa Peruviae. Panicula terminalis; patens trichotoma. Caps. semipollicaris, lineis obscuris elevatis.. Vahl. ♄

2. *pubescens*, fol. ovatis basi elongatis subtus pubescentibus, caps. cylindricis. Vahl. l. c. p. 19. t. 2. Hab. in Peru. ♄ †

3. *macrocarpa*, foliis obovatis subtus pubescentibus costatis. Vahl. l. c. p. 20. t. 3. C. officinalis. Linn. suppl. 144. Hab. in regno Santa-Fé. Rami villoso-tomentosi. Cal. campanulatus pubescens. Cor. coriacea pilis adpressis tomentosa. Caps. bipollicaris. ♄

* *nitida*, fol. obovatis nitidis, panic. brachiata, cor. albo-purpureis, limbo parum hirsuto. Flor. Per. 2. p. 50. t. 191. Ruiz. quinol art. 2. p. 56. Hab. in Andium montibus altis, nemorosis, frigidis et in pluribus aliis locis in Peruvia. Fol. glabra, subtus venosa.

Obs. Antifebrilis, tonica et antiseptica est. In provincia Huanuci Tarmae, Huamalies et Xauxae pro genuino cortice Peruviano, majorique pretio quam reliquae species venditur. An peculiaris species?

4. *hirsuta*, fol. ovalibus crassis margine reflexis, supra nitidis venosis, subtus pubescentibus: terminalibus subcordatis, flor. corymbosis (purpurascentibus.) Fl. Per. 2. p. 57 t. 192. Cresc. cum priore, cum qua eodem pretio aestumatur. Caps. obscure purpurea, exsiccatione atra. ♄

5. *purpurea*, fol. oblongo-ovalib. ovatisq. (purpurascentib.) panic. brachiata magna, fl. subcorymbosis, cor. albo-purpureis, limbo hirsuto albo. Flor. Per. 2. p. 52. t. 193. In Andium montibus imis nemorosis. Caps. oblonga angusta.

6. *ovata*, fol. ovatis subtus tomentosis, panic. brachiata, florib. subcorymbosis. Flor. Per. l. c. t. 195. Cresc. in Andium montibus imis nemorosis calidis versus Pozuzo et Panao. Fol. subtus venis purpurascentibus. Cor. pubescens limbo patente albo. ♄

7. *lanceolata*, foli lanceolato-oblongis glabris, panic. brachiata magna, flor. subcorymbosis. Fl. Per. 2. p. 51. In Andium montib. frigidis et nemorosis. Cor. roseo-purpurea, limbo hirsuto. Cort. extus fuscus, intus lutescens.

8. *magnifolia*, fol. oblongis ovalibusque glabris, panic. brachiata, flor. subcorymbosis, cor. albae limbo villosiusculo. Flor. Per. 2. p. 53. t. 196. Cresc. in Andium nemorib. calidissimis prope torrentes. Cor. odorata uti Citrus Aurantium. Arbor fere 40-ulnaris, coma valde frondosa, erecto patens. Caps. oblonga magna.

9. *acutifolia*, fol. ovatis acutis, panic. terminalibus brachiatis, cor. candidis glabris. Flor. Per. 3. p. 1. t. 225. Hab. in Peruviae Andium nemorosis. Filam. medio tubi inserta; Anth. inclusae. Capsula turbinata.

10. *micrantha*, fol. ovalibus obtusis, panic. maxima, flor. nemorosis parvis, cor. albae limbo lanato. Flor. Per. 2. p. 52. t. 194. Cum priore in montibus altis frigidis. Arbor 23-ulnaris.

11. *glandulifera*, fol. ovato-lanceolatis supra glandulosis, panic. subcorymbosis, cor. albido-roseis limbo lanuginoso. Flor. Per. 3. p. 1. t. 224. Cresc. in locis saepe memoratis. Frutex 2-orgialis.

12. *dichotoma*, fol. oblongo-lanceolatis, pedunculis terminalibus dichotomis paucifloris, caps. angustis linearib. longis. Flor. Per. 2. p. 53. t. 197. Cort. fuscus, maculis albis variegatus, amarissimus.

13. *rosea*, fol oblongis obtuse acuminatis, panic. brachiata, flor. corymbosis. cor. fauce glabra, limbo margine tomentoso. Flor. Per. 2. p. 54. t. 199. In Andium nemoribus imis, copiose ad Pozuzo etc. tractus. Filam. basi hirsuta, infra medium tubi inserta. Anth. parum exertae. Fol. palmaria, nitida, a formicis quibusd. exiguis avide appetuntur.

** Exostema. *Staminibus exertis.*

14 *philippica*, fol. ovatis glabris, flor. corymbosis, pedunc. trifidis, anth. exer-

lis. Cav. ic. 4. p. 15. t. 329. Hab. prope Manila in St. Cruz. Née. Arbor humilis.

15. *longiflora*, pedunc. axillaribus 1-floris, fol. lineari-lanceolatis glabris, cor. tubo longissimo. Lambert de Cinchona. p. 38. t. 12. C. caribaea. Journ. de Phys. Oct. 1790. p. 243. t. 1.

Obs. Cinchona *spinosa* ejusdem auctoris hoc ad genus non pertinere videtur.

16. *caribaea*, foliis ovato-lanceolatis, pedunc. axillaribus terminalibusque unifloris, stamin. exertis. Swartz. obs. 72. Jacq. amer. Cinchona jamaicensis. Wright. in Act. angl. vol. 67. p. 504. t. 10. Hab. in Caribaeis. ♄

17. *corymbifera*, fol. oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. Linn. suppl. 144. Forst. in Act. ups. nov. 3. p. 176. Habit. in ins. Tongatabu et Eaove maris pacifici. Folia palmaria saturate viridia, nervo subtus purpureo. Corymb. trichotomus magnus. ♄

18. *lineata*, panic. terminali, fol. ovatis acuminatis glabris lineatis, caps. pentagonis. Vahl. l. c. p. 22. t. 4. Habit. in St. Dominica. ♄

19. *floribunda*, panic. terminali, caps. turbinatis laevibus, fol. ellipticis acuminatis. Vahl. p. 23. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 375. Lam. enc. t. 164. f. 2. Cinchona montana. Badier. Roz. Journ. de Phys. Feb. 1789. p. 129. Ust. et Roem. Mag. de Bot. 6. p. 96. t. 3. Hab. in Jamaica, Hispaniola, St. Lucia, Dominica et Guadeloupe locis montosis et ad torrentum ripas. ♄

20. *brachycarpa*, panic. terminali, caps. obovatis costatis, foliis ellipticis obtusis. Vahl. p. 24. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 378. Hab. in montibus umbrosis Jamaicae occidentalis. Caps. obovata lineis 10 elevatis costata. Vahl.

21. *angustifolia*, flor. paniculatis glabris, caps. oblongis pentagonis, fol. lineari-lanceolatis pubescentibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 380. et in Act. holm. 1787. p. 117. t. 3. Lam. t. 164. f. 3. Hab. in Hispaniola ad ripas petrosas fluviorum. ♄

Obs. Auctores Florae Peruvianae, vol. 2. p. 49. de speciebus hujus subdivisionis censent, eas ad genus, *Portlandia* referri debere.

437. COSMIBUENA. *Cal.* deciduus, 5-dentatus. *Cor.* tubus longissimus: limbo reflexo obliquo glabro. *Stam.* infra faucem inserta. *Caps.* apice bivalvis; valvulis involutis subbilocularis. Recept. lamellata hinc valvulis adpressa, inde seminifera. *Sem.* ovalia, cincta ala lineari reticulata.

1. *obtusifolia*, fol. ovalibus obovatisque obtusis, flor. corymbosis. Flor. Per. 3. p. 3. t. 198. Cinchona grandiflora. Flor. Per. 2. p. 53. Cresc. ad Pozuzo ripas. Cor. candida, fragrantissima. Arb. 3-orgyalis.

2. *acuminata*, fol. ovalibus acuminatis, flor. solitariis sessilibus. Flor. Per. l. c. p. 4. t. 226. Hab. in Peruviae Andium nemorosis imis. Arbor 5-ulnaris.

438. PINKNEA. *Cal.* laciniae inaequales: 1-2 bracteaeformibus magnis. *Cor.* longe tubulosa. *Filam.* basi tubi inserta. *Caps.* superne 2-valvis: valv. medio septiferis. *Sem.* alata, transverse invicem superposita.

1. *pubescens*, fol. ovalibus subtus subtomentosis, flor. fasciculato-paniculatis. Michaux Flor. 1. p. 105. Hab. ad Georgiae ripas fluvii St. Mariae. Subarborescens. Cinchonae affinis.

439. PORTLANDIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* clavato-infundibuliformis: laciniis patenti-deflexis. *Caps.* 5-gona, retusa, coronata, 2-locularis, 2-valvis: valv. duplicatis 2-fidis, polysperma.

1. *tetrandra*, flor. tetrandris, fol. obovatis. Forst. prod. n.° 86. Willd. Sp. 2. p. 935. Lin. suppl. 143. In insula Savage Island maris pacifici. Cor. tetragona. ♄

2. *grandiflora*, flor. pentandris, foliis lanceolato-ellipticis. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 385. Smith. ic. pict. I. p. 6. t. 6. Brown. jam. 164. t. 11. f. 1. Habit. in Jamaicae rupibus calcareis. Cor. Daturae. ♄

3. *coccinea*, florib. pentandris, foliis ovatis coriaceis. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 384. Hab. rarius in Jamaicae occident. praecipitiis montium. ♅

4? *corymbosa*, flor. corymbosis, fol. ovatis acutis lanceolatisque, stipulis subovatis, flor. pentandris Flor. Peruv. 2. p. 49. t. 190. f. a. Habit. in Andium praeruptis, locis calidis. Cor. calyce 4-plo longior. ♄

440. DANAIS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: fauce villosa. *Stylus* apice bifidus. *Caps.* globosa, umbilicata, 2-locularis, apice 2-valvis, polysperma. *Sem.* margine membranaceo. (Genitalia exerta.)

1. *fragrans*, (denudata), fol. lanceolatis, flor. dioicis, caps. calyce deciduo denudatis. Paederia fragrans. Lam. enc. 2. p. 257. t. 166. f. 2. Willd. Sp. 2. p. 1219. Hab. in ins. Madagascaria, Mauritia et Borbonia. Planta scandens, uti sequentes. Rad. rubra.

β. *coronata*, capsul. laevibus calyce persistente coronatis. An distincta species?

2. *sulcata*, fol. ovatis, caps. sulcatis cal. subfoliaceo coronatis. In ins. Mauritia, ubi altissimas arbores scandit. ♄

Obs. Vidi has species in Herbario dom. Aubert du Petit Thouars, qui earum characteres ex observationibus in locis natalibus institutis mecum communicare voluit. Hoc genus *Cinchonis* affine et ab iis caps. globosis praecipue differt.

441. GENIPA. *Cal.* tubulosus aut turbinatus subinteger. *Cor.* hypocrateriformis, limbo magno 5-partito. *Anth.* in fauce sessiles exertæ. *Stigma* clavatum, integrum s. simplex. *Bacca* (magna) carnosa, apice attenuato-truncata, 2-locularis, polysperma.

1. *oblongifolia*, fol. oblongo-ovatis subsessilibus, racemis terminalibus. Flor. Per. 2. p. 67. t. 220. f. a. Hab. in Peruv. Andium nemorib. imis calidis. Bacca mali persici magnitudine, ex cujus pulpa et seminibus Indi colore nigro persistente faciem manusque inficiunt. Etiam lignum, colore roseum, utilissimum est.

2. *americana*, (grandifolia), foliis lanceolatis subsessilibus integris Lin. Gardenia Genipa. Swartz. obs. p. 84. Willd. Sp. 2. p. 1228. Plum. Sp. ic. 136. Hab. in Amer. meridionali. Arbor, florens Junio. Fruct. citri magnitudine, edulis.

Obs. Hoc genus a Gardeniis inter alia stigmate clavato nec bilamellato distinguendum, hinc omnes Gardeniae tali gaudentes stigmate, huc referri debent. An hujus generis *stylocoryna*. Cav. ic. 6. p. 21. t. 436?

3. *Merianae*, tota hirsuta, fol. oblongo-obovatis, florib. in summitate congestis, fructu depresso-globoso. Richard in Act. Soc. Nat. Paris. p. 107. Huc Duroia Ericpila. Lin. suppl. Hab. in Cayenna.

4. *edulis*, glaberrima, foliis oblongis, flor. in summitate congestis, plurimumque 4-fidis; fructu globoso laevi. Richard l. c. Cum priore.

442. GARDENIA. *Cal.* laciniæ verticales aut obliquæ. *Cor.* primo contorta, infundibuliformis 5-9-fida: tubo sæpius longo. *Stylus* elevatus. *Stigma* bilobum. *Bacca* 2-locularis, polysperma. *Sem.* duplice serie disposita. *Antheræ* ori tubi insertæ.

* *Inermes.*

1. *radicans*, inermis, fol. lanceolatis, cor. hypocrateriformibus obtusis, calyce angulato, caule radicante. Willd., Sp. 2. p. 1225. Thunb. Diss. de Gardenia n.° 1. t. f. 1. et ejusd. Diss. acad. 2. p. .. Hab. in Japonia. ♄

2. *florida*, inermis, fol. ellipticis, cor. hypocrateriformibus, calycinis laciniis verticalibus lanceolato-subulatis. Ait. Kew. 1. p. 293. Lin. suppl. 163. Ehret. pict. t. 15. Rumph. 7. t. 14. f. 2. Habit. in India orientali, Surate, Amboina et Cap. bon. spei. Flor. solitarii, magni, odori. ♄

3. *longiflora*, inermis, fol. lanceolatis, cor. longissimis hirsutis acutis, bacca cylindrica. For. Peruv. 2. p. 67. t. 219. f. a. Hab. in Andium nemoribus imis calidis ad Pozuzo. Frut. 2. orgyalis, valde ramosus. Bacca lutea, 1 1/2-palmaris, pulpa dulci eduli.

4. *tubiflora*, inermis, fol. ellipticis undulatis, flor. ternis, cor. lacinis linearibus reflexis: tubo filiformi longissimo. Andr. t. 183. Hab. in Sierra Leone. Odor fragrantissimus.

5? *Thunbergia*, inermis, foliis ellipticis utrinque acuminatis, cor. hypocrateriformibus, cal. latere rumpentibus, laciniis apice dilatatis cucullatis. Ait. Kew. 1. p. 294. Thunb. Diss. de Garden. n. 3. Thunbergia capensis. Mont. Act. holm. 1773. p. 282. t. 11. Habit. ad Cap. b. spei et in Manilla. Cal. appendiculatus laciniis cucullatis. Cor. limbus planus decempartitus. Filam. o. Anther. 9. s. 10. Stigma oblique truncatum, 5-sulcatum, sulcis reflexis emarginatis. An potius peculiare genus?

6. *latifolia*, inermis, fol. obovato-sub-

rotundis, cor. hypocrateriformibus, laciniis calycinis subalatis obtuse carinatis. Ait Kew. 1. p. 294. H. in montibus Indiae orientalis. ♄

7. *clusiaefolia*, inermis, caule erecto, fol. obovatis emarginatis, panic. terminali, laciniis corol. cuspidatis. Willd. p. 1227. Jacq. collect. append. p. 37, t. 4. f. 3. Catesb. carol. 1. p. 59. t. 59. Habit. in insulis Bahamensibus. ♄

8. *gummifera*, inermis, foliis oblongis obtusis hirtis, stipulis subulatis, laciniis calycinis ovatis brevissimis, tubo recto. Lin. suppl. 164. Thunb. Diss. de Gard. n. 4. t. 2. f. 3. Hab. in Zeylona. Ex rimis corticis et foliis sudat Gummi-resina, Gummi Elemi simillima. ♄

9. *Mussaenda*, inermis, foliis ovatis acutis, stipulis mucronatis, laciniis calycinis subulatis compressis, tubo incurvato hirto. Lin. suppl. 163. Mussaenda formosa Jacq. amer. 70. t. 48. Ed. picta t. 70. Hab. in Carthagenae sylvis. Fol. subpubescentia. ♄

* *madagascariensis*, inermis, foliis ovatis utrinque glabris, flor. axillaribus sessilibus solitariis longe tubulosis externe tomentosis. Lam. enc. 2. p. 608. Hab. in Madagasc. Antecedenti affinis.

10. *Bothmannia*, inermis, fol. oblongis, stipulis subulatis, laciniis calycinis subulatis teretibus longitudine tubi, tubo glabro ampliato brevi. Lin. suppl. 165. Th. in Act. holm. 1776. p. 65. t. 2. Hab. ad Cap. b. spei. Flores suaveolentes, imprimis nocte. ♄

** *Spinosae.*

11. *uliginosa*, spinosa, ramis apice spinosis, cor. intus tubo hirsutis. Retz. obs. 2. p. 14. Hab. in paludosis Indiae. ♄

12. *armata*, spinosa, spinis ramulorum terminalibus quaternis, laciniis calycinis linearibus cuneiformibus, flor. aggregatis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 524. Jacq. amer. 70. Hab. in Martinicae et Carthagenae sylvis. ♄

13. *micranthus*, spinosa, fol. ellipticis utrinque acutis spinis longioribus, florib. sessilibus, corol. glabris. Willd. Thunb. Diss. t. 1. f. 2. Hab. in China et Zeylona. ♄

14. *multiflora*, spinosa, spinis fol. brevioribus uncinatis, fol. ovalibus acuminatis, flor. cymoso-umbellatis. Willd. Sp. 2. p. 1231. Randia longiflora. Lam. enc. 3. p. 25. ill. t. 156. f. 3. Hab. in India orientali. Tubo longo, stigmate et antheris ad faucem corol. cum Gardeniis magis convenit.

443. MUSSÆNDA. *Cor.* infundibulif. *Stigmata* 2, crassiuscula. *Bacca* oblonga, 2-locularis, polysperma. *Sem.* quadrifariam disposita. *Stam.* tubo interne inserta.

1. *frondosa*, ramis foliisque ramorum et paniculae villosis. Vahl. symbol. 3. p. 37. Willd. Sp. 2. p. 997. Burm. zeylan. 165. t. 76. Rumph. 4. t. 51. Rheed. 2. t. 18. Hab. in India. Bractea altera enata in folium album, ellipticum, nervosum, panicula longius. L. ♄

2. *glabra*, ramis foliisque ramorum et paniculae glaberrimis. Vahl. l. c. p. 38. In India orientali. Rumphii folium principissae huc pertinere videtur. Vahl. ♄

444. RANDIA. *Cal.* 5-partitus: lacin. lineari-lanceolatis contortis. *Cor.* hypocrateriformis: tubo cal. vix longior. *Stigma* bilobum: lobis oblongis, inæqualibus. *Bacca* dissepimento incompleto, semibilocularis, cal. tubuloso coronata. *Sem.* plurima, per 4 series alternatim superimposita.

1. *obovata*, spinis oppositis, fol. obovatis acutis. Flor. Per. 2. p. 68. t. 220. f. b. Habit. in Peruviae Andium praeruptis calidis. Bracteae 7 sub singulo flore.

2. *rotundifolia*, spinis ramisque subverticillatis foliis subrotundis ovatisque rugosis. Flor. Per. l. c. Cresc. in Peruv. nemoribus. Stipul. intrafoliaceae membranaceae fulvae.

3. *latifolia*, fol. spathulato-ovalibus, spinis in apice fol. multo brevioribus. Lam. enc. 3. p. 25. Randia aculeata. Lin. Gardenia Randia. Willd. Sp. p. 1230. Brown. Jam. t. 85. f. 1. Habit. in Antillis, Jamaica etc.

β ? *mitis*, subinermis, fol. subovalib. Lin. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p 528. Sloan. Jam. hist. 2. p. 18. t. 161. f. 1. Cum priore.

4. *parvifolia*, fol. obovatis fasciculatis spinis subbrevioribus. Lam. l. c. p. 25. Sloan. l. c. 2. p. 100. t. 207. f. 1. Cresc. in Jamaica, St. Domingo. Magis spinosa.

5. *parviflora*, fol. ovatis petiolatis spi-

nis arcuatis brevissimis, flor. pedicellatis subfasciculatis axillaribus. Lam. l. c. Gardenia micranthus. Thunb. Willd. Spec. 2. p. 1230?

445. CANTHIUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, patens. *Stylus* elevatus. *Stigma* capitatum aut clavatum. *Bacca* corticosa, 2-locularis, 2-sperma. *Sem.* hinc convexa, inde plana: sulco longitudinali.

* *Spinosa, stigma capitato.*

1. *chinense*, spinosa, floribus sessilibus hirsutis. Gardenia spinosa. Thunb. Willd. Sp. 2. p. 1229. In China.

2. *coronatum*, spinosum, fol. ovato-cuneiformibus obtusis, laciu. calycinis foliaceis, baccis coronatis. Lam. enc. 1. p. 602. Gardenia spinosa. Lin. suppl. Pluck. alm. t. 98. Gard. dumetorum. Ait. Willd. l. c. f. 6. Habit. in India. Horride spinosa.

3. *parviflorum*, foliis ovatis petiolatis spicis vix longioribus, dentibus calycinis acutis brevissimis baccis nudis umbilicatis. Lam. l. c. Roxb. Corom. 1. p. 39. t. 51. β. fol. majoribus et acutioribus. Pluck. l. c. f. 3. Webera tetrandra. Willd. Sp. 2. p. 1224. Habit. in India orient. Radix dicitur amara, rubra, odore grato.

4. *pedunculare*, spinosum, fol. ovato-acutis subsessilibus, peduncul. folio longioribus. Cav. ic. 6. p. 21. t. 436. In Insul. philippices.

** Cupia, *inermia, stigma clavato.*

5. *corymbosum*, inerme, fol. oblongis acutis, corymbo terminali. Willd. l. c. sub Webera. Rondeletia asiatica. L. Cupi. Rheed. mal 2. t. 23. In Malabaria et Zeylona. ♄

6. *cymosum*, inerme, fol. ovatis acuminatis, cymis multifloris axillarib. Webera cymosa. W. Hab. in India orientali. Arb. ramis pubescentibus. Stigm. capitato-bilobum. W.

Obs. An posteriores duae hae species revera hujus generis? Nomen *Webera* caeterum inter muscos, a pluribus jam adoptatum, conservandum est.

446. ERITHALIS. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 5-partita: laciniis recurvis. *Bacca* 10-locularis, 10-sperma.

1. *fruticosa*, (odorata), fol. obovatis, cymis compositis pedunculatis. Willd. Sp. 2. p. 996. E. *odorifera*, arborea erecta, Jacq. amer. pict. t. 260. f. 20. Plum. ic. t. 249. f. 2. β. *inodora*, fruticosa procumbens. Jacq. Hab. in Jamaica, Martinica. β. in Curacao.

2. *polygama*, fol. obovatis, flor. axillaribus: masculis cymosis, hermaphroditis solitariis. Forst. prod. n.º 101. β. Rumph. 3. t. 140 Hab. in insula Societatis.

447. GUETTARDA. *Cal.* integer, obsolete dentatus, aut crenatus. *Cor.* tubulosa, limbo 5-9-fida. *Stigma* capitatum. *Drupa* nuce sulcata 5-passim 2-locularis. (Stam. 4, 5, 6, 7 et 9.)

1. *speciosa*, fol. ovatis utrinque nudis, cor. subnovemfidis. Lam. enc. 3. p. 53. t. 154. f. 2. Lin. syst. veg. p. 899. Rheede 4. t. 47 et 48. Hab. in India, Malabaria et ins. Java. Flores Nycthecit, longe pedunculati. Cor. 7-9-fida. Stam. eodem quoque numero variat. Arbor mediocris. Fol. laeviuscula.

2. *argentea*, fol. ovatis subtus argenteis pubescentibus, venis transversis, cor. subsexfidis. Lam. l. c. t. 154. f. Halesia arborescens. Brown. jam. t. 20. f. 1. Hab. in Jamaica et Cayenna. Flores externe tomentosi. Drupa pubescens, 6-locular. ♄

3. *Mathiola*, fol. obovatis mucronatis scabris, subtus venosis pubescentib., flor. sub-6-andris. Guettarda scabra Vent. Choix de Plant. 1. t. 1. Lam. l. c. f. 3. Mathiola scabra. Lin. Habit. in America.

Obs. Linnaeus secundum figuram Plumeri, naturae incongruam, corol. dicit 1-*petalam*. Cor. 5-6-fida. Stam. 5, 6, 7.

4. *rugosa*, fol. subcordatis ovatis acutis scabris subtus tomentosis, flor. 6-andris. Swartz. prodr. p. 59. Flor. ind. occ. 2. p. 632. Vahl. symb. 3. p. 50. Habit. in ins. Antigua, Dominica etc. Flor. parvi. Fol. superne aspera. Drupa. coccinea.

5. *elliptica*, fol. ellipticis, flor. 4-andris. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 634. Cresc. in Jamaicae campestribus siccis. Drupa umbilicata, 4-sperma. Pedunculi axillares. ♄

6. *membranacea*, fol. ovatis acuminatis membranaceis hispido-scabris, flor. tetrandris. Swartz. l. c. p. 635. In Hispaniolae fruticetis montosis. Racemi terminales. Drupa oblonga, 4-sperma. Cal. tubulato-coronata.

7. *parviflora*, fol. oblongis glabris laevibus, pedunc. trifloris subpentandris. Vahl. eclog. 2. Lam. ill. t. 154. f. 4. Hab. in ins. St. Crucis et in Monserrat.

Obs. Secundum v. Rohrsp. Vahl. *Edechi* Loefl. huc pertinet.

8. *odorata*, fol. confertis parvulis subovatis acutis glabris, floribus lateralibus subracemosis. Laugeria odorata. Swartz. Willd. Sp. 2. p. 1081. Laugieria odorata. Jacq. amer. t. 177. f. 21 et Ed. picta t. 259. f. 16. Hab. in Carthagenae et Havanae arbustis apricis maritimis.

9. *hirsuta*, fol. oblongis acutis, spicis longis multifloris revolutis, cor. laciniis fimbriato-plicatis, fructibus pentagonis, *Laugeria* hirsuta. Flor. Per. 2. p. 22. t. 145 f. a. Hab. in Peruv. nemorib. Arb. 30-ulnarius. Bract. magnae. Fol. subtus pubescentia venosa venosissima.

10. *crispiflora*, fol. ovatis acuminatis nervosis, subtus villosis, lacin. corol. crispatis. Vahl. Eclog. amer. Fasc. 2. t. 6. Habit. versus summitates montium in ins. Montserrat. ♄

β? *dependens*, fruct. 3-gonis. Flor. Per. l. c. sub Laug.

* Laugeria. *Drupa subrotunda, 2-sperma.*

11. *lucida*, fol. oblongis obtusis integris membranaceis nitidis, racemis dichotomis, drupis nucibus bilocularibus. Sw. Fl. ind. occ. 1. p. 475. Vahl. symb. 3, p. 40. t. 57. Habit. in fruticetis Jamaicae calidioris, ins. St. Luciae et St. Crucis. ♄

12. *tomentosa*, fol. ovatis acutis integris subtus tomentosis, racemis dichotomis, drupis nuce biloculari. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 477. Facie Tournefortiis similis. Hab. in fruticetis Jamaicae occid. ♄

13. *coriacea*, fol. elliptico-ovatis subcoriaceis utrinque glabris obtusiusculis, spicis bisbifidis, flor. tetrandris. Vahl. ecl. 2. p. 26. Habit. in insula Montserrat ad summitates montium. ♄

14. *resinosa*, fol. lato-lanceolatis glabris, subtus glaucis, spicis axillaribus bifidis, ramis apice resinosis. Vahl. l. c. p. 27. Hab. in altis montibus insulae Montserrat. ♄

Obs. Variant species Laugeriae quoad numerum loculamentorum putaminis, saepe maturitate unum vel alterum quoque evanescit. Genus a Guettardis parum diversum, et forte non absonum foret cum eo conjungere. Vahl.

448. SCHRADERA. *Involucr. universale* multiflorum. *Cal.* superus urceolatus. *Cor.* 5-6 fida, campanulata, fauce hirsuta. *Bacca* polysperma. (Stam. 5-6.)

1. *capitata*, involucro dentato, calyce integerrimo, fol. obtusis. Willd. Sp. II. p. 238. Vahl. ecl. 1. p. 35. t. 5. Urceolaria exotica. Gmel. syst. 2. p. 390. Habit. in ins. Montserrat. Frutex scandens parasiticus. Involucrum coriaceum circiter 15-florum. Numerus partium floris a 5-6. ♄

2. *cephalotes*, (jamaicensis), involucro integerrimo, cal. dentato, fol. acuminatis. Willd. l. c. Fuchsia involucrata, Swartz. Fl. ind. occ. 2. p. 674. Hab. in sylvis et montibus Jamaicae interioris. Involucrum 8-florum. Numerus octonarius frequentissimus est, rarius 5-7-9-10-rius. W. ♄

449. MORINDA. Flores in globum collecti supra receptac. sphaericum. *Cal.* sub-5-dentatus. *Cor.* subinfundibuliformis, 5-fida, patens. *Baccae* aggregatae, ob mutuam compressionem angulatae, apice retusae, 2-spermae.

1. *umbellata*, erecta, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. confertis. Linn. Willd. Sp. 2. p. 991. Hab. in India. ♄

2. *citrifolia*, arborea, pedunc. solitariis. Lin. Rumph, amb. 2. p. 158. t. 99. Rheede. 1. t. 52. Cum priore.

β? *angustifolia*, Badcudus angustifolia. Rumph. 3. p. 157. t. 98. ♄

3. *Royoc*, procumbens. L. Jacq. hort. 1. t. 16. Royoc humifusum, fructu cupressino. Plum. Spec. 2. t. 26. Hab. in Amer. calidiore. ♄

450. NAUCLEA. *Cal.* sub-5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* subtrigona bilocularis, polysperma. Flor. in globum collecti supra *Recept.* commune globosum pilosum.

1. *orientalis*, fol. oblongis acutis, pedunc. aequalibus, stam. longitudine cor. Willd. Sp. 2. p. 928. Cephalanthus fol. oppositis. Lin. Flor. zeylan. 53. Rheed. mal. 3. p. 29. t. 33. Hab. in India orient. Capitula florum magnitudine pomi minoris, flava. Stigma pyramidatum. W. ♄

2. *purpurea*, fol. oblongis utrinque attenuatis, pedunc. incrassatis, staminibus

inclusis. Willd. l. c. Roxb. coromand. 1. p. 41. t. 54. Cephalanthus chinensis. Lam. enc. 1. p. 671. Rumph. amb. 3. p. 84. t. 55. Hab. in India orientali. Similis praecedenti. Stigm. capitatum. W. ♄

3. *parviflora*, fol. ellipticis obtusiusculis, staminibus longitudine tubi cor. dentibus calycinis brevissimis acutiusculis. Willd. p. 929. Roxb. corom. 1. p. 40. t. 52. Hab. in India orientali. Stigma cylindraceo-capitatum. W. ♄

4. *africana*, fol. oblongo-ovatis acuminatis, stam. tubo cor. longioribus reflexis, dentibus calycinis brevissimis subrotundis. Willd. Uncaria inermis. Willd. in Usteri delect. 2. p. 199. t. 3. Hab. in Guinea. ♄

5. *aculeata*, fol. ovatis acutis, caule aculeato. Willd. Uncaria aculeata. Willd. in Usteri delect. 2. p. 200. N. *gujanensis*, spinis aduncis, capit. subternatis. Enc. bot. 4. p. 436. t. 153. f. 2. Ourouparia gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 177. t. 68. Hab. in sylvis Gujanae. Caulis tetragonus aculeis magnis oppositis recurvato-uncinatis obsitus. W. ♄

6. *cordifolia*, fol. subrotundo-cordatis, capitulis pedunculatis axillaribus. Willd. Roxb. corom. I. p. 40. t. 53. Habit. in montosis Indiae orientalis. Stigma clavatum. ♄

Obs. Totum genus a Cephalantho vix nisi numero diversum. W.

451. CANEPHORA. *Cal.* communis tubulosus, multiflorus: *Proprius* 5-fidus. *Cor.* campanulata subæqualis. *Caps.* coronata, 2-locularis.

1. *axillaris*, fol. subrotundo-ovatis, flor. solitariis axillaribus. Willd. Sp. pl. 2. p. 976. Lam. ill. gen. t. 151. f. 1. Hab. in Madagascaria.

2. *capitata*, fol. lanceolatis, floribus terminalibus aggregatis. Willd. l. c. Lam. t. 151. f. 2. Cum priore.

452. CEPHÆLIS. *Flor.* capitati involucrati. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* tubulosa. *Stigma* 2-partitum. *Bacca* disperma. *Receptaculum* paleaceum. Invol. 1-5-polyphyllum.

1. *violacea*, capitulis globosis terminalibus, involucro pentaphyllo, fol. nervosis glabris. Swartz. Flor. ind. occ. 1. p. 439. Willd. p. 977. Aubl. t. 60. Hab. in Gujana et India occident. ♄

2. *tomentosa*, hirsuta, capitulis pedunculatis axillaribus terminalibusque, involucris diphyllis cordatis acuminatis. Vahl. eclog. 1. p. 19. Tapogomea. Aubl. guj. 1. p. 160. t. 6. Hab. in sylvis Gujanae, inque insula Trinitatis. ♄

3. *punicea*, glaberrima, capitulis terminalibus erectis, involucris diphyllis. Vahl. eclog. 1. p. 19. Hab. in Jamaica. ♄

4. *elata*, capit. globosis terminalibus, pedunc. elongatis, involucro diphyllo, fol. glabris. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 437. In montibus Jamaicae australis. Involucrum 2-phyllum: foliol. magnis. ♄

5. *axillaris*, capit. axillarib. sessilibus. Swartz. l. c. p. 441. Hab. in insula St. Christophori. ♄

6. *purpurea*, capit. terminalibus nudis, fol. oblongis pictis subtus villosis, caule repente tomentoso. Willd. p. 978. Tapogomea purpurea. Aubl. guj. 1. p. 162. t. 63. f. 3. Habit. in sylvis remotis Gujanae. ♃

7. *alba*, capitulis terminalibus nudis, foliis ovatis subtus pubescentibus, caule repente glabro. Willd. Aubl. l. c. t. 62. f. 4. Hab. in sylvis remotis Gujanae.

8. *glabra*, capitulis terminalibus nudis, fol. oblongis glabris, caul. erectis, ramulis villosis. Willd. p. 979. Aubl. p. 168. t. 63. Hab. in Gujana. ♄

9? *involucrata*, (*carapichea*), capit. terminalibus globosis, involucro tetraphyllo inaequali, fol. oblongis acuminatis. Willd. Carapichea gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 168. t. 64. Hab. in sylvis ad ripas Gujanae. Stam. exerta et fruct. capsularis. An distincti generis?

10. *sessiliflora*, (*Patabea*), capitulis terminalibus globosis sessilibus nudis, flor. tetrandris. Willd. l. c. Patabea coccinea. Aubl. guj. 1. p. 110. t. 43.

11. *muscosa*, capitulis subrotundis subsessilib. terminalib., paleis dentatis. Sw. Fl. ind. occ. 1. p. 442. Morinda muscosa. Jacq. amer. p. 65. t. 45. Habit. in Martinicae sylvis montium et ad fluviorum ripas. ♄

12. *bubalina*, capitulis terminalib. pedunculatis, fol. oblongis glabris. Linn. suppl. sub Lonicera. Hab. ad Cap. b. spei. Cal. hirtus dentibus recurvis. Cor. hirta Symphyti.

Obs. Ob affinitatem, quae secundum ill. Jussieu, (vid. Ej. gen. pl.), extat inter hanc et antecedentem plantam, forte genere a

Cephaelibus separandam, sub hoc genere militet, donec accuratius inquisita sit; saltem non Lonicera est.

13. *emetica*, herbacea procumbens, fol. lanceolatis glabris capitulis axillarib. pedunculatis paucifloris. Lin. suppl. p. 144. sub *Psychotria*. Willd. Sp. pl. 2. p. 968.

Obs. Haec species in Act. Soc. Linn. Lond. v. 6. p. 137. t. VI. sub peculiari genere: *Callicocca* proposita, secundum observationes cl. Richardi huc potius pertinet.

453. BERTIERA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* 2-lamellatum. *Bacca* 2-locularis polysperma.

1. *gujanensis*. Vahl. symb. 3. p. 33. Aubl. guj. 1. p. 180. t. 69. Lam. ill. t. 165. Hab. in sylvis Gujanae et Cajennae. Frutex ramis tomentosis. Flor. paniculati. ♄

454. DUHAMELIA. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 5-locularis, infera, polysperma. (Racemi partiti: flor. secundis.)

1. *patens*, ramis sulcatis, fol. 3-4-oblongo-lanceolatis pubescentibus, floribus cymosis secundis. Flor. Per. 2. p. 68. t. 221. f. a. Jacq. amer. pict. p. 39. t. 72. Lam. enc. 3. p. 65. Willd. Sp. 2. p. 980. Hab. in sepibus montosis Hispaniolae et in Peruviae Andium nemoribus ac in Pozuzo versuris. Cal. ruber. ♄

2 *sphaerocarpa*, ramis teretibus, fol. ternis oblongis utrinque hirsutis, florib. subcorymbosis. Flor. Per. l. c. t. 221. f. b. Cresc. in Peruviae nemoribus. Corolla croceo-punicea. ♄

3. *axillaris*, subherbacea, racemis axillaribus, flor. subsecundis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 443. Hab. in Jamaicae, Hispaniolae fruticetis saxosis juxta rivos. ♄

4. *Chrysantha*, racemis terminalibus, fol. oblongis cuneatis acuminatis glaberrimis, flor. pedicellatis. Swartz. l. c. p. 444. Jacq. ic. rar. 2. t. 335. Plum. amer. 212. t. 218. f. 1. In fruticetis montosis Jamaicae occid. et ad Caracas.

5. *ventricosa*, racemis terminalibus axillaribusque, cor. campanulatis ventricosis, fol. ternis. Swartz. p. 446. Ham. grandiflora. L'Her. sert. angl. 4. t. 7. Hab. in Jamaicae collibus et fruticetis aridis. ♄

6. *glabra*, fol. utrinque glabris, fructibus congestis sessilibus. Lam. enc. 3. p. 65. Amajoua gujanensis. Aubl. guj. 2. sup. 13. t. 375. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

455. SABICEA. *Involucrum* 2-4-phyllum. *Cor.* hypocrateri f. 5-infundibulif. *Stigma* 5-partitum. *Bacca* 5-locularis, polysperma. (Numerus partium passim quaternarius.)

1. *hirta*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis, flor. pedunculatis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 450. Schwenkfeldia. Willd. Sp. 2. p. 982. Hab. in Jamaica. ♄

2. *cinerea*, fol. oblongis acutis tomentosis, subtus incanis, flor. subsessilibus. Swartz. p. 452. Aubl. guj. 1. p. 192. t. 75. Habit. in sepibus Cajennae, Gujanae. ♄

3. *aspera*, caule volubili, fol. ovatis acutis asperis subtus villosis. Aubl. guj. 1. p. 197. t. 76. Hab. in Gujana ad fluviorum ripas. ♄

4. *umbellata*, fol. ovatis acutis, pedunc. axillaribus umbellatis. Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. f. a. sub Schwenkfeldia. Hab. in Andium nemoribus. Suffrutico a volubilis, subhispida. Bacca hirsuta, albicans.

5. *diversifolia*, fol. altero minimo, flor. axillaribus conglomeratis. Peculiaris haec species detecta in insula Mauritia a Dom. Aubert. Fol. majus late ovatum obtusum minus primo obtutu bracteaeforme, ita ut folia alterna videantur.

456. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis, tubo apice subventricoso, laciniis subrotundis planiusculis. *Caps.* subrotunda, coronata, 2-locularis. *Sem.* plura aut solitaria.

* *Seminibus pluribus.*

1. *americana*, (*dichotoma*), foliis sessilibus, panic. dichotoma. Lin. Willd. Sp. 2. p. 930. Plum. gen. ic. 142. f. 1. Lam. ill. t. 162. f. 1. Hab. uti omnes fere sequentes in Amer. merid.

2. *odorata*, foliis petiolatis subovatis obtusis. L. Jam. amer. edit. picta. t. 61. Hab. in Amer. rupestribus ventricosis, maritimis. Flor. pulchri miniati, violam redolentes. In quibusdam Linnaei operib. haec species errore typographico *obovata* audit.

3. *trifoliata*, fol. ternis, subtus to-

mentosis Jacq. amer. 60. t. 43. ed. picta. t. 62. Ehret. pict. t. 15. Hab. in Amer. Fruct. adhuc observandus.

4. *virgata*, foliis subrotundis, ramis filiformibus patentibus, pedunc. trifidis, flor. ternis confertis tetrandris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 354. Hab. in fruticetis maritimis Hispaniolae. ♄

5. *pilosa*, fol. ovatis utrinque pilosis, pedunc. axillaribus fol. brevioribus trifidis, floribus tetrandris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 356. R. triflora. Vahl. symb. 3. p. 34. t. 54. Hab. in ins. St. Crucis et Montserrat. ♄

6. *buxifolia*, fol. obovatis glabris, flor. tetrandris axillaribus solitariis. Vahl. eclog. amer. Fasc. 2. t. 12. Hab. in ins. Montserrat.

* *Seminibus subsolitariis.*

7. *thyrsoidea*, fol. oblongis acutis membranaceis subtus pubescentibus, thyrsis axillarib. Swartz. l. c. p. 358. Hab. in collibus aridissimis Jamaicae. ♄

8. *racemosa*, fol. lanceolato-ovatis acuminatis utrinque glabris, stipulis ellipticis acumine brevi, racemis axillaribus dichotomis patulis. Swartz. Fl. p. 360. Brown. jam. 143. t. 2. f. 3. Hab. in Jamaicae sylvestrib. montium. R. thyrsoideae et laurifoliae proxima. Sw. ♄

9. *laurifolia*, fol. lanceolato-oblongis acutis utrinque glabris. Swartz. Fl. ind. occ. I. Brown. jam. 143. t. 2. f. 2. Hab. in fruticetis Jamaicae. ♄

10. *tomentosa*, fol. ovatis acuminatis tomentosis, pedunc. tripartitis axillaribus brevibus. Swartz. l. c. Petesia stipularis. Lin? Hab. in Jamaicae collibus petrosis umbrosis. ♄

600. IGNATIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* longissima, infundibuliformis. *Drupa* unilocularis, poly-
~~~

sperma. *Sem.* irregularia, angulata.

1. *amara*. Lin. suppl. 149. Willd. p. 1053. vid. Juss. gen. pl. Hab. in Ind. Arb. ramosissima, sarmentis scandentibus. Fol. ovata spithamaea. Panic. axillares. Fruct. ovatus, magnitudine Pyri. Lin. ♄

601. THEOPHRASTA. *Cor.* campanulata: laciniis obtusis. *Caps.* pulposa, 1-locularis, globosa, maxima, polysperma.

1. *americana*, fol. longissimis repando-dentatis acutiusculis. Lin. Willd. Spec. 2. p. 824. Eresia. Plum. gen. 8. ic. 126. Hab. in Amer. aequinoctiali. Fruct. pomi mediocris magnitudine, croceus, rugosus, sem. rubra carnosa continens. Pulpa edulis. ♄

2. *longifolia*, fol. mucronato-dentatis acuminatis. Willd. Jacq. Coll. 4. p. 136. Ad Caraccas in America. Fol. utrinque attenuata.

602. ANASSERA. *Cal.* parvus, 5-fidus. *Cor.* urceolata, 5-loba, intus villosa. *Stigma* didymum. *Caps.* oblonga, 2-valvis, 2-locularis.

1. *borbonica*, fol. ovatis obtusiusculis, corymbis lateralibus. Anasser. Lam. ill. 2. p. 40. Juss. gen. pl. p. 150. Hab. in Borbonia.

2. *moluccana*, fol. lanceolatis acutis, corymbis subterminalibus. Lam. l. c. Rumph. 7. p. 12. t. 7. Hab. in Molluccis.

603. FAGRÆA. Contorta. *Cal.* campanulatus 5-dentâtus. *Cor.* infundibuliformis: tubo longissimo. *Bacca* carnosa, 2-locularis, polysperma. *Sem.* globosa.

1. *zeylanica*. Thunb. N. G. pl. et in Act. Holm. 1782. p. 125. t. 4. Lam. ill. t. 167. Willd. Sp. 2. p. 830. Fol. opposita obovata, integra, stipulacea? An Rubiaceis affinior? ♄

604. MELODINUS. Contorta. *Cor.* hypocrateriformis: fauce coronula 5-fida lacera. *Stigma* 2. *Bacca* carnosa, 2-locularis, polysperma, magna. *Sem.* compressa.

1. *scandens*. Lin. suppl. p. 169. Willd. p. 1274. Lam. ill. t. 179. Hab. in N. Caledonia. Fol. oblongo-ovata. Planta revera digyna? ♄

605. RAUWOLFIA. Contorta. *Cor.* tubulosa, basi globosa. *Bacca* succulenta, disperma.

1. *nitida*, fol. quaternis lanceolatis acuminatis glaberrimis nitidis, flor. terminalibus. Willd. Sp. 2. p. 1217. Jacq. amer. dict. n°. 2. Plum. gen. 19. ic. 236. f. 1. Hab. in Amer. merid. ♄

2. *canescens*, fol. quaternis oblongo-obovatis acuminatis pubescentibus, flor. terminalibus axillaribusque. Willd. R. hirsuta. Jacq. amer. ed. pict. t. 259. f. 17. Plum. ic. 263. f. 2. Pluck. phyt. 266. f. 2. Hab. in Jamaica, et in fruticetis Caribaerum. Cymae pedunculatae in dichotomia caulis. Willd. ♄

3. *tomentosa*, fol. quaternis oblongis utrinque attenuatis tomentosis, flor. terminalibus et axillaribus. Jacq. amer. ed. pict. t. 46. Hab. Carthagenae in rupestribus. Cor. candida. Limbus cor. in R. pubescente obtusus, in R. tomentosa acutus. Willd.

4. *flexuosa*, fol. oblongis obovatisque angustis, racem. flexuosis paucifloris. Flor. Per. 2. p. 26. t. 102. Hab. in Peruv. frutic. Flor. in culta saepe 4-andri. Cor. albo-lutea. l. c.

5. *macrophylla*, fol. obovatis ovatisque emarginatis integerrimisque, racem. erectis multifloris. Flor. Per. l. c. t. 102. f. b. Hab. in Peruv. collibus arenosis. Cor. lutescens. Stam. saepe 4.

606. VALLESIA. *Cal.* minimus. *Cor.* hypocrateriformis, utrinque globosa. *Stam.* fauci inserta. *Drupæ* 2, divergentes. *Nux* striato-reticulata, 1-locularis.

1. *dichotoma*, fol. ovatis acutis undulatis, racemis dichotomis. Flor. Peruv. 2. p. 26. t. 151. Cresc. in ruderatis in Peruvia. ♄

2. *cymbaefolia*, fol. lanceolatis cymbaeformibus apice incurvis. Orteg. Dec. p. 58. Rauwolfia glabra. Cav. ic. 3. p. 50. t. 297. Willd. p. 1218. Hab. in N. Hispan. Cor. alba.

607. OPHIOXYLON. *Cor.* tubulosa filiformis, medio incrassata: limbo 5-partito. *Stigma* capitatum. *Bacca* didyma, 2-locularis, 2-sperma. Planta polygama. Flor. masculi, hermaphorditis mixti, 2-andri. *Juss.*

1. *serpentinum*, fol. verticillatis, flor. terminalibus conglomeratis. Lin. syst. ed. Reich. 4. p. 329. Rumph. 7. t. 16. Rheed. 6. t. 7. Lam. ill. t. 842. f. 3. Habit. in Zeylona. ♄

2. *Ochrosia*, fol. verticillatis, florib. dichotome corymbos. *Ochrosia.* Juss. gen. pl. Hab. in ins. Borbonia. Priorem speciem ita adaequat habitu, ut vix genere mihi distingui videatur. ♄

608. CARISSA. *Cal.* brevis. *Cor.* tubulosa. *Stam.* inclusa. *Bacca*, 2-locularis: loculis 1-2-aut polyspermis.

* *Spinosae.*

1. *Carandas*, foliis ovatis mucronatis reticulato-venosis, laciniis corollae lanceolatis. Willd. Sp. 2. p. 1219. Lam. ill. t. 118. f. 1. Carandas. Rumph. p. 7. t. 25. Hab. in Ind. ♄

2. *spinarum*, fol. ovatis acutis venosis, laciniis cor. lanceolato-oblongis. Vahl. symbol. 1. p. 22. Lam. ill. t. 118. f. 2. Rumph. 7. t. 19. f. 1. Habit. in India orientali. ♄

3. *salicina*, fol. lanceolato-oblongis mucronatis venosis, versus petiolum angustioribus, florib. fasciculatis subcorymbosis. Lam. enc. bot. 1. p. 554. Hab. in India. Sonner. An prioris var.? sed fol. multo angustiora et flor. ad dimidium minores. Lam. ♄

4. *Arduina*, fol. cordato-ovatis mucronatis subsessilibus, spinis apice bifidis. Lam. l. c. p. 554. Arduina bispinosa. L. Willd. Sp. 2. p. 1117. Mill. ic. t. 300. Flor. albi. Bacca disperma. Habit. ad Cap. bon. spei. ♄

5. *edulis*, fol. ovatis acutis aveniis, ramis superne villosis, laciniis cor. lanceolato-linearibus. Vahl. symb. 1. p 22. Antura. Forsk. descr. 63. Hab. in Arabia felici. ♄

** *Inermes.*

6. *inermis*, inermis, fol. ovato-cordatis mucronatis aveniis. Vahl. symb. 3. p. 43. Hab. in Ind. orient. ♄

7. *mitis*, inermis, fol. lanceolatis attenuatis. Vahl. symb. 3. p. 44. t. 59. Hab. in Ind. orient. ♄

609. GYNOPOGON. Contorta. *Stigma* bilabiatum, apice villosum. *Drupa* nuce semibiloculari.

1. *stellatum*, fol. verticillatis ternis lanceolatis. Forst. prod. n°. 117. Willd. Sp. 2. p. 1221. Hab. in Societatis Americorum insulis. ♄

2. *Alyxia*, fol. verticillatis quinis obovatis. Forst. prod. n°. 118. Hab. in Norfolciae insula. ♄

3. *scandens*, fol. oppositis ovatis costatis. Forst. prod. n°. 119. Hab. in Societatis insulis. ♄

610. CERBERA. Contorta. *Cor.* infundibuliformis: tubo clavato. *Drupa* monosperma: nuce 2-loculari, 4-valvi.

1. *Ahovai*, fol. ovatis acutis. Willd. Sp. 2. p. 1222. C. laciniis cor. undulatis, cal foliolis reflexis. Andrew. t. 231. Ahovai major. Pis. bras. 308. Hab. in Brasilia. Cor. flava. ♄

2. *ovata*, fol. ellipticis obtusis. Willd. C. fol. ovatis sparsis subsessilibus, flor. terminalibus subquinis. Cav. ic. 3. p. 35. t. 270. Habit. in N. Hispania. Cor. lutea. Stigm. clavatum, umbell. referens. Cavan. ♄

3. *parviflora*, foliis stellatis obovatis Forst. prod. n°. 121. Hab. in ins. Amicorum. ♄

4. *Manghas*, fol. lanceolatis: nervis transversalibus. Linn. Petiv. gaz. t. 16. f. 4. Burm. zeyl. 150. t. 70. f. 1. Rumph. 2. t. 81. Hab. in Indiis ad aquas. ♄

5. *undulata*, fol. lanceolatis utrinque attenuatis undulatis, cymis ramosis divaricatis axillaribus. Andrew. t. 130. Cerb. *maculata*, fol. maculatis, etc. Willd. Sp. p. 1223. Ochrosia maculata. Jacq. ic. rar. 2. t. 321. Hab. in ins. Borbonia.

Obs. D. Andrew maculas in foliis tanquam praeternaturale quid et in speciminib. siccis a nimia pressione forte ortas respicit. Cor. candida, ore amoene rubro.

6. *Thevetia*, fol. linearibus longissimis confertis, cor. lac. truncatis. Jacq. amer. 48. t. 34. Pluck. alm. t. 207. f. 3. Hab. in Cuba et Martinica rarius. Nuces pro crepitaculis Americanorum inserviunt. ♄

* *Peruviana*, fol. lineari - lanceolatis confertis longis, pedunc. brevissimis paucifloris. C. Thevetia. Flor. Peruv. 2 p. 27. Hab. in Peruviae nemoribus e fructibus, Cascabeles nuncupatis, Indi reticulas longas conficiunt quas strepitus causa in choreis ad collum et genua appendunt.

Obs. Haec peruviana planta a priore diversa videtur. Germ. in hac 4-gonum, in illa, secundum Jacquin, subrotundum; stigm. in hac capitatum, acuminatum, denticulis 20 - recurvis ornatum, in illa capitatum subovatum, apice bifido. Jacq. Pedunc. huic suboctoflori, breves in illa saepius uniflori. J.

611. GELSEMIUM. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: limbo patente 5-lobo subæquali. *Caps.* compresso-plana 2-partibilis, 2-locularis. *Sem.* plana, valvularum marginibus adnexa. *Juss.*

1. *sempervirens.* Bignonia sempervirens. Lin. G. *nitidum*, scandens glaberrimum, fol. lanceolatis, flor. fasciculis axillaribus paucifloris, flor. luteis suaveolentibus. Michaux. Flor. 1. p. 120. Hab. in Amer. bor. maritimis. ♄

† † *Fructus bifollicaris.*

* *Semina nuda s. basi non comosa aut papposa, saepe margine membranaceo aucta.*

612. VINCA. Contorta. *Cor.* hypocrateriformis, fauce 5-gona. *Folliculi* 2, erecti, teretes, angusti. *Sem.* oblonga, nuda.

1. *minor*, caulib. procumbentibus, fol. oblongo-lanceolatis, margine glabris. Linn. Willd. Sp. 2. p. 1232. Blackw. t. 59. Hab. in sylvis. Sempervirens. ♄

2. *herbacea*, caul. procumbentibus, fol. oblongo-lanceolatis edentulis, cal. ciliatis. Ritaibel. Pl. hong. p. 8. t. 8. Hab. in apricis arenosis et in calcariis prope Budam, vere. ♃

3. *major*, caul. declinatis, fol. ovatis, junioribus margine ciliatis, flor. pedunculatis. Willd. Hab. in Gallia Narbonensi, Hispania, Helvetia, etc.

4. *lutea*, caule volubili, fol. oblongis. Lin. Amoen. acad. 4. p. 307. Catesb. car. 2. p. 53. p. 53. Hab. in Carolina. Facies Echitis. Willd. ♄

5. *rosea*, caule suffrutescente erecto, flor. geminis sessilibus, fol. ovato-oblongis, petiolis basi bidentatis. Linn. Mill. dict. t. 186. Hab. in Madag., Java. Var. fol. villosis. ♄

6. *parviflora*, caul. herbaceo erecto, fol. (rhomboideo-) lanceolatis, flor. geminis involucratis. Retz. obs. 2. p. 14. V. *pusilla.* Lin. suppl. 166. Murr. Comment. goett. 1772. p. 66. t. 4. f. 1. Hab. in Tranquebariae hortis, vitium summum. Corol. Lithospermi officinalis magnitudine et colore. ⊙

613. MATELEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata. *Antheræ* in capitatum 5-gonum conjunctæ. *Stigma* dilatata. *Folliculus* 1, (altero sæpius abortivo) verrucosus, 5-gonus. *Sem.* plana, margine crenata.

1. *palustris.* Aubl. guj. 1. p. 278. t. 109. f. 1. Lam. ill. t. 179. Hostea viridiflora. Willd. Sp. p. 1274. Hab. in Gujan. paludosis. Fol. oblongo - ovata acuminata et β. fol. latiora. Aubl. f. 2. Flor. axill. ♃

614. PLUMERIA. Contorta. *Cal.* obtusus, minimus, deciduus. *Cor.* infundibuliformis, tubo subcurvo. *Stigma* 2-fidum. *Folliculi* 2, deorsum flexi, longi ventricosi. *Sem.* oblonga, basi ala membranacea (crenato-dentata) aucta.

1. *rubra*, foliis ovato-oblongis, petiolis biglandulosis. Lin. Willd. p. 1242. Catesb. carol. t. 92. Ehret. t. 10. Hab. in Jamaica, Surinamo. Arb. procera ramosa.

2. *alba*, fol. lanceolatis revolutis, pedunc. superne tuberosis. Lin. Jacq. Amer. t. 174. f. 2. ed. picta. t. 38. Plumier. Sp. ic. 231. In Jamaica. Priorie habitu, sed parum ramosa.

3. *purpurea*, fol. oblongo-ovatis, margine revolutis, cor. rubris. Flor. Per. 2. p. 20. t. 137. Hab. in Peruv. hortis. Cor. quam in reliquis speciebus minor, fragrantissima: ore laeviter lutescente. l. c. ♄

4. *incarnata*, fol. ovato-oblongis acutis, cor. incarnatis disco fulvo. Flor. Per. l. c. t. 138. Cum priore. Flor. cymoso-umbellata. Nimis affinis sequenti dicitur. ♄

5. *carinata*, fol. oblongo - ovatis acuminatis carinatis: marginibus planis rubris, cor. magnis tricoloribus. Flor. Per.

p. 21. Cor. in centro lutea, extus ad medium alba, superne rubescens. ♄

6. *tricolor*, fol. oblongis acutis, marginibus planis venosis, cor. tricoloribus. Flor. Per. t. 139. Cor. tubus ruber, faux crocea, limbus albo-roseus.

Obs. Plumieriae nostrae, dicunt auctores Flor. Peruvianae, inter se differunt colore et magnitudine florum (quare forte varietates aut subspecies tantummodo sunt) et cum nec color, nec magnitudo speciem mutat, nobis satis visum est illas seorsim describere. Etiam cum iis potius Plumieria quam Plumeria dicendum est hoc genus, quod comprehendit arbores formosissimas et gratissimas.

7. *obtusa*, fol. lanceolatis petiolatis obtusis. Linn. Catesb. car. 2. p. 93. t. 93. Plum. ic. 232. Habit. in America calidiore. ♄

8. *pudica*, flor. limbo clausis. Jacq. amer. 37. Habit. in Amer. hortis, ubi, secundum Jacquinum, sub nomine *Donsellas* sive Virgines, eo quod nunquam explicentur corollae, quae flavescentes et omnium odoratissimae sunt, coluntur.

615. CAMERARIA. *Cal.* minimus acutus. *Cor.* infundibuliformis: tubo utrinque ventricoso. *Antheræ* filo longo terminatæ. *Folliculi* 2, basi utrinque bilobi, horizontales. *Sem.* imbricata membranæ (alæ) inserta.

1. *latifolia*, fol. ovatis acuminatis parallelo-costatis nitidis, flor. corymbosis terminalibus. Willd. Sp. 2. p. 1245. Andr. t. 16. Mill. dict. Jacq. amer. 37. t. 182. f. 86. Plum. gen. 18. ic. 72. f. 1. Hab. in Amer. calidiore. Cor. alba: fundo flavescens. ♄

2. *zeylanica*, fol. ovato-oblongis acuminatis parallelo-costatis, corymbis terminalib. axillaribusque. Willd. Hab. in Zeylona. For. minores. ♄

3. *lutea*, fol. ovato-oblongis acuminatis reticulato-venosis, umbella pedunculata pauciflora. Willd. Lam. encyc. 1. p. 566. C. *Tamaquarina*. Aubl. guj. 1. p. 260. t. 102 β. *gujanensiis* fol. ovatis acuminatis, florib. parvis axillaribus odoratis. Aubl. guj. 1. p. 262. Hab. ad ripas amnis Galibiensis Gujanae. ♄

4. *angustifolia*, foliis linearibus. L. Plum. gen. 18. ic. 72. f. 2. Hab. in America calidiore. ♄

616. TABERNÆMONTANA. Contorta. *Cor.* hypocrateriform. tubus angulato-striatus, basi subglobosus. *Folliculi* 2, horizontales. *Sem.* pulpæ immersa. (Fol. oppostia.)

1. *citrifolia*, fol. ovatis, floribus lateralibus glomerato-umbellatis. L. Jacq. amer. 38. t. 175. f. 13. ed. pict. Plum. gen. 18. ic. 248. f. 2. Hab. in America. ♄

2. *laurifolia*, fol. ovalibus obtusiusculis. Mill. dict. nº. 3. Jacq. amer. p. 39. Hab. in Jamaica. ♄

3. *echinata*, fol. ovato-oblongis acuminatis, flor. glomerato-umbellatis, fructibus echinatis. Willd. Aubl. guj. 1. p. 263. t. 103. Hab. in Gujana. ♄

4. *grandiflora*, fol. caule dichotomo, calycibus inaequalibus laxissimis. Mant. 53. Jacq. amer. 40. t. 31. Hab. Carthagenae. Cal. fol. alba: exteriora 2 cordata. ♄

5. *cymosa*, fol. ovato-lanceolatis, flor. cymosis. Jacq. amer. 39. t. 181. f. 14. Hab. Carthagenae. Fol. semipedalia. Folliculi rubescentes pulpa aurantia. ♄

6. *amygdalifolia*, fol. ovali-lanceolatis, staminibus tubum corollae superantibus. Willd. Jacq. amer. 39. t. 181. f. 15. Hab. in Carthagenae sylvaticis. ♄

7. *discolor*, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. axillaribus bifloris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 535. Hab. in Jamaica. ♄

8. *persicariaefolia*, fol. lanceolatis acuminatis, flor. racemosis. Willd. p. 1246. Jacq. ic. rar. 2. t. 320. Collect. 4. p. 159. Hab. in insula Mauritii. ♄

9. *arcuata*, fol. obovatis oblongis acuminatis, corymb. ternis multifloris, folliculis revoluto-arcuatis. For. Per. 2. p. 22. t. 143. Copiose in Peruviae nemorib. ad Pozuzo vicum. Arbor succo lacteo, copiose scatet, qui äeri expositus in gummiresinam condensatur.

10. *Sananho*, fol. oblongis acuminatis, corymb. biquadrifidis, fructib. obovato-subrotundis acuminatis. Flor. Per. t. 144. In Peruv. nemoribus. Follic. obtuse digoni. Cor. tubus longissimus. ♄

11. *elliptica*, herbacea, fol. subternis lanceolatis. Thunb. jap. 111. Hab. in Japonia. Affinis T. Amsoniae. L. ♃

12. *alternifolia*, fol. alternis, caule ar-

borescente. L. Rheed. 1. t. 43. Hab. in Malabaria. ♄

617. AMSONIA. Contorta. *Cor.* infundibuliformis, fauce clausa. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* teretia nuda oblique truncatis. (Stigma margine annulari. Fol. alterna.)

1. *latifolia*, caule glabriusculo, foliis ovali-lanceolatis: superioribus acuminatis. Michaux. Flor. 1. p. 121. Tabernem. Amsonia. Lin. Willd. p. 1246. Hab. in umbrosis humidis sylv. Carolinae.

Obs. Cultae fol. minus acuminata et subglabra. M.

2. *angustifolia*, fol. angusto-linearibus crebris erectis pubescentibus. Michaux. l. c. A. ciliata. Walt. In Georgiae sabulosis apricis.

618. URCEOLA. Contorta. *Cor.* urceolata. *Nectar.* cylindricum integrum, germen cingens. *Folliculi* 2, 1-loculares, 2-valves. *Sem.* pulposa.

1. *elastica.* Roxb. in Asiat. researches. 5. p. 167. sq. Sprengel in Schrad. Journ. bot. 1800. 2. p. 236. Hab. in India. Flor. paniculati Succus äere coagulatus, resinam offert elasticam, *Kaoutchouk* similem.

* * *Semina basi comosa s. papposa.*

619. NERIUM. Contorta. *Cal.* 5-partitus parvus, persistens. *Cor.* infundibuliformis, fauce coronula lacera. *Folliculi* conniventes longe acuminati.

1. *Oleander*, foliis lanceolatis angustis ternis, subtus costatis, cal. laciniis squarrosis, nect. planis tricuspidatis. Willd. Sp. 2. p. 1234. Ait. Kew. 1. p. 206. Desfont. Atl. 1. p. 208. Lam. ill. t. 174. Pulchra haecce Arbuscula, per totam aestatem, florens, sponte crescit in India, et in Atlante ad fluviorum ripas. Val. flor. albis.

2. *odorum*, fol. lineari-lanceolatis ternis subtus costatis, laciniis calycinis erectis, nectariis multipartitis filiformibus. Willd. p. 1235. N. *odoratum*, — anth. superne barbato-plumosis. Lam. enc. 3. p. 456. Rheed. 9. t. 2. β. Flor. plenis. Herm. lugdb. 447. t. 449. Hab. in India orientali. Priore tenerius, et in caldariis colendum. ♄

3. *salicinum*, fol. lineari-lanceolatis ternis enervis. Vahl. symb. 2. p. 45. Forsk. descr. 205. Hab. in Arabia felici. ♄

4? *obesum*, foliis oblongo-lanceolatis sparsis, subtus villosis. Vahl. symb. 2. p. 45. Forsk. descr. 205. Hab. in Arabia felici. ♄

5. *zeylanicum*, fol. lanceolatis oppositis, ramis rectis. L. Burm. zeyl. 23. t. 12. f. 2. Hab. in India. ♄

6. *divaricatum*, fol. lanceolatis-ovatis, ramis divaricatis. L. Hab. in India. Flor. albi. ♂

7. *antidysentericum*, fol. ovatis acuminatis petiolatis, follic. apice connexis. Lam. enc. 4. p. 457. Burm. zeyl. 167. t. 77. Rheed. 1. t. 47. Hab. in Malabaria, Zeylona, Russia. Flor. albi, odorati. ♄

8. *coronarium*, fol. ellipticis, pedunc. ex dichotomia ramorum geminis bifloris. Ait. Kew. 1. p. 297. Jacq. ic. rar. 1. t. 52. Coll. 1. p. 138. Burm. zeyl. t. 59. Rumph. 4. p. 87. t. 39. Rheed. 2. t. 54. Hab. in India orientali. Corona petaloidea duplex. An *Tabernaemontana?* Lam. l. c. ♄

420. STROPHANTHUS. Contorta. *Cor.* infundibuliformis: laciniæ longissime caudatæ. *Coronulæ* faucis dentibus 10 simplicibus.

1. *sarmentosus*, glaber sarmentosus, floribus sub-glomeratis terminalibus et lateralibus, antheris in filum productis. Decand. in Bulletin de Sciences par la soc. Philom. nº. 64. p. 123. t. 8. f. 1. Hab. in Sierra-Leone in Africa. Flor. cum foliis nascuntur, magni, rubri. ♄

2. *laurifolius*, glaber erectus? fol. subternis, flor. glomeratis terminalibus (post folia nascentib.), anther. in filum productis. Decand. l. c. Hab. in Africa. Non sarmentosus. *Var.* fol. oppositis et ternatim verticillatis. ♄

3. *dichotomus*, ramis pedunculisque dichotomis, fol. mucronato-acuminatis. Decand. Hab. in India. Echites *caudata*, cor. infundibuliformibus: apicib. linearib. longissimis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1240. Burm. ind. t. 26. Anth. priorum.

β. *rotundata*, fol. ovato-rotundis. Nerium caudatum. Lam. enc. 3. p. 458. Hab. in India. Arb.

4. *hispidus*, totus piloso-hispidus, anther. acutis muticis. Decand. l. c. t. 8. f. 2. In Africa. Loco stipularum fasciculus pilorum adest. Laciu. cor. omnium longissimae ad 7 uncias. ♄

621. ECHITES. Contorta. *Folliculi* 2, longi, recti. *Sem.* coma instructa. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda. *Antheræ* conniventes in conum.

1. *biflora*, caul. sarmentosis, fol. oblongis, pedunculis subbifloris. Jacq. amer. 38. t. 21. ed. picta. t. 28. Willd. Sp. 2. p. 1237. Plum. amer. 82. t. 96. Nerium sarmentosum, fol. oppositis oblongis acutis, subtus cinereis, tubo floris fauce ampliato. Brown. jam. 180. Hab. in Caribaeis. Flor. candidi cum fauce lutea. Pedunc. 1-4-flori. ♄

2. *quinquangularis*, pedunculis racemosis, fol. obovatis acuminatis. Jacq. amer. 32. t. 25. ed. picta. t. 32. Hab. in America meridionali. Flor. flavo-virescentes. Non lactescit. J. ♄

3. *annularis*, caule volubili, cor. hypocrateriformibus, tubo annulo elevato. Lin. suppl. 166. Hab. in Surinamo. Caul. scaber. Stigma annulo cinctum. L.

4. *tomentosa*, fol. cordato-oblongis acuminatis, cauleque hirtis, floribus racemosis pilosis. Vahl. symb. 3. p. 44. Hab. in Cajen.

5. *suberecta*, pedunc. multifloris, cor. cylindraceis extus hirsutis, fol. subovatis mucronatis subtus pubescentibus. Swartz. obs. 104. Andrew. t. 187. Jacq. amer. 32. t. 26. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 206. t. 130. f. 2. Hab. in Jamaica. Flor. lutei magni. Succus lacteus venenatus. ♄

6. *domingensis*, pedunc. racemosis, fol. cordato-ovatis rigidiusculis subtus discoloribus, caule volubili. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 529. Jacq. ic. rar. 1. t. 53. Collect. 1. p. 73. In fruticetis maritimis Jamaicae, Hispaniolae. ♄

7. *agglutinata*, pedunculis racemosis, fol. ovatis emarginatis acuminatis. L. Jacq. amer. 31. t. 23. ed. pict. t. 30. Hab. in fruticetis montosis in Domingo. Flor. parvi, candidi. ♃

8. *Asperuginis*, pedunculis racemosis, folliculis filiformibus, fol. oblongis acutis superne asperis, caule volubili. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 531. Apocynum scandens, siliquarum externa parte vestibus haerente. Plum ic. 26. Hab. in fruticetis siccissimis Jamaicae, Hispaniolae. Antecedenti similis. ♄

9. *torulosa*, pedunc. subracemosis, fol. lanceolatis acuminatis, follic. torulosis longissis. Jacq. amer. 33. t. 27. ed. pict. t. 34. Swartz. obs. 105. Brown. jam. 181. t. 16. f. 2. Lam. ill. t. 174. f. 1. Hab. in Jamaica. ♄

10. *umbellata*, pedunc. umbellatis, fol. ovatis obtusis mucronatis, caule volubili. Jacq. amer. 30. t. 22. ed. picta. t. 29. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t. 131. f. 2. Hab. in Jamaica. Flor. magni, albi, tubo longissimo viridanti. Jacq.

11. *circinalis*, pedunc. axillaribus articulatis multifloris, laciniis corollae undulatis, fol. ellipticis, caule volubili. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 533. Hab. in sepibus montosis Hispaniolae. ♄

12. *floribunda*, racemis compositis corymbosis, fol. ellepticis acuminatis, costatis, ramis erectiusculis. Willd. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 534. Hab. in fruticetis, montium Jamaicae. ♄

13. *trifida*, pedunc. trifidis multifloris, fol. ovato-oblongis acuminatis. Jacq. amer. 31. t. 24. ed. pict. t. 31. Hab. in America. Flor. tubo longo purpurascente, limbo sordide virente. J. ♄

14. *repens*, pedunc. racemosis, fol. lanceolato-linearibus angustis, follicul. torulosis. Jacq. amer. 33. t. 28. ed. pict. t. 35. Hab. in Domingo rupestribus et ad marg. sylvarum. ♄

15. *corymbosa*, racemis corymbosis, staminibus eminentibus, fol. lanceolato-ovalibus. Jacq. amer. 34. t. 30. et pict. t. 37. Swartz. obs. 105. Hab. in sylvaticis Insulae Domingo. ♄

16. *costata*, pedunc. cymosis, fol. elliptico-lanceolatis acuminatis. Forst. prod. n°. 123. Rheed. 9. t. 14. Hab. insulis Societatis. ♄

17. *spicata*, spicis axillaribus, brevibus, staminibus eminentibus, fol. subovatis distichis. Jacq. amer. 34. t. 29. ed. pict. t. 36. Hab. in sylvis Carthagenae, ubi arbores vicinas ad 60 pedum altitudinem scandit. ♄

18. *siphilitica*, fol. ovatis subpetiolatis glaberrimis costatis, paniculis dichotomis, floribus spicatis. Lin. suppl. 167. Hab. in Surinamo. Decoctum herbae Surinamensibus in Siphilitide notissimum. ♄

19. *glandulosa*, fol. cordato subrotundi acuminatis tomentosis glanduliferis, pedunc. racemosis. Flor. Per. 2. p. 19. t. 135. In Peruviae nemoribus. Plant. tomentosa. Caul. ad articulationes et folia ad cordaturam et per petiolis (et stipulae) glandulifera. ♄

20. *laxa*, fol. cordatis acutis, basi multiglandulosis, pedunc. longis laxis racemosis

paucifloris. Flor. Per. l. c. t. 131. f. b. Hab. in Pillao nemorib. Plant. parum villosa. Rami filiformes subvillosi. ♄

21. *acuminata*, glabra, fol. ovatis oblongisque acuminatis basi glandulis 5, racemis brevibus, pedicellis geminis. Flor. Per. t. 134. f. a. Cresc. in sylvis Chinchao ad Macora praedium. Cor. alba, extus purpurasc.

22. *hirsuta*, fol. oblongo-ovalibus acuminatis basi excavatis, subtus villosis, racemis multifloris. Flor. Per. 2. p. 19. t. 136. In Peruviae nemorib. Fol. ad basin glandula 1-2-praedita. Cal. in flore acutus, in fructu obtusus. *L. c.*

23. *subsagittata*, fol. oblongo-subsagittatis acuminatis: angulis posticis obtusis, pedunc. paucifloris. Flor. Per. l. c. Cum priore. Fol. margine ciliata, basi glandulosa. *L. c.*

24. *puberula*, fol. ovali-lanceolatis basi utrinq. acutis subtus puberulis, flor. parvis fasciculato-corymbosis. Michaux. Flor. 1. p. 120. L. *difformis*. Walt? In Carol. inferioris sylvis. Follic. graciles, 1/2 pedales.

25 *scholaris*. fol. subverticillatis oblongis, follic. filiformibus longissimis, umbellis compositis. L. Lignum scholare. Rumph. 2. t. 82. Rheede 1. t. 45. Hab. in India. ♄

Obs. Arbor ramis ad genicula tantum foliatis, cujus lignum ad varia utensilia adhibetur, inter alia ex eo tabulae conficiuntur, superficie altera figuris variis ornata, altera laevissima, in qua pueri in scholis scribere solent.

26. *truncata*, cymis pedunculatis subsexfloris, lobis corollarum truncatis. Lam. enc. 2. p. 340. Catesb. Car. 2. p. 53 t. 53. Hab. in ins. Bahama. E. *biflorae* subsimilis affirmatur. †

27. *lappulacea*, pedunc. racemosis hispidis, flor. oppositis follic. utrinque hispido-lappaceis. Lam. l. c. Plum. Spec. 2. Mss. 2. t. 70. Burm. Amer. t. 26. Cresc. a St.-Domingo. Cor. alba. †

28. *succulenta*, aculeis binis extrafoliaceis, fol. linearibus subtus tomentosis, cor. hypocrateriformibus. Lin. suppl. 167. Hab. ad Cap. b. spei. Filam. barbata. ♄

29. *bispinosa*, aculeis binis extrafoliaceis fol. lanceolatis glabris, cor. hypocrateriformibus. Lin. suppl. p. 167. Hab. ad Cap. b. spei. Var. prioris? Frutices hi bini posteriores succulenti lactescentes bispinosi, ut absque visa fructificatione Euphorbias crederes. L. ♄

622. PERGULARIA. Contorta. Nect. ambiens genitalia cuspidibus 5 sagittatis. *Cal.* hypocrateriformis: tubo cal. longiore. *Folliculi* 2, saepius asperi.

1. *glabra*, fol. ovatis acutis glabris, caula fruticoso. Willd. Spec. 2. p. 124. Flos pergulanus. Rumph. 5. t. 29. f. 2. Hab. in India. ♄

2? *edulis*, fol. obvatis integris glabris, caule herbaceo volubili. Thunb. prod. 38. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

Obs. Est *Cynanchi* species secundum Andrew. Repos. p. 8. t. 185.

3. *tomentosa*, fol. cordatis tomentosis. L. Vahl. symb. 1. p. 23. Asclepias cordata. Forsk. descr. 49. Hab. in Arabia. ♄

4. *purpurea*, fol. cordatis glabris, cor. laciniis lineari-oblongis glabris, umbel. Vahl. symb. 3. p. 44. Asclepias (cordata). Burm. ind. 72. t. 27. f. 2. Hab. in India orientali, China

5. *japonica*, fol. cordatis glabris, cor. laciniis ovatis interne villosis, umbel. simplicibus. Thunb. jap. 111. Hab. in Japonia.

Obs. Cel. Andrew, qui hoc genus ad classem Gynandriam decandriam amandat, sequentem nectarii dedit characterem; *Nectarium* duplex, genitalia involvens: squamulae *exteriores* 5 cuspidatae, quinque *interiores* (quae vera filamenta?) membranaceae: singula occultans stamina (antheras?) duo alterna (quae tunc non pistillo uti in Gynandris sunt adnexa. Secundum eundem P. *glabra* (cui fol. vere *ovata* sunt) et *japonica* eandem efficit speciem, ab eo P. *minor* denominatam et depictam, nec non P. *purpurea* a *tomentosa* haud diversa, quas sub nomine P. *odoratissima*, fol. senioribus subtomentosis, cor. viridibus, conjunxit; vid. Ejus Rep. t. 185.

623. PERIPLOCA. Contorta. *Cor.* rotata 5-partita; corona (Nect.) urceolata 5-fida, faucem ambiente, setas 5 exserens. *Stigma* capitatum, 5-gonum. *Folliculi* 2.

1. *graeca*, floribus interne hirsutis terminalibus. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1248. Jacq. Misc. 1. p. 11. t. 1. f. 2. Lam. ill. t. 177. Hab. in Syria, Sibiria. Stigma 10-crenatum. ♄

2. *mauritiana*, fol. ovatis longe acuminatis, flor. racemosis, fruct. horizontaliter

patentib. Poiret in Enc. bot. 5. p. 188. Cyn. mauritianum. Lam. Enc. 2. p. 236. Rumph. 5. t. 10. Rheed. 9. t. 11. In India.

3. *Secamone*, floribus interne hirsutis paniculatis, fol. lanceolato-ellipticis. Secamone. Alp. aegypt. 133. t. 134. Hab. in Aegypto. Differt a praecedente primo intuitu floribus minutis copiosis. ♄

4. *lævigata*, cor. glabris, laciniis obtusis, cymis trichotomis, fol. oblongo-lanceolatis venosis laevibus, caule glabro. Willd. Ait. Kew. 1. p. 301. P punicaefolia caule fruticoso lento, fol. lanceolatis. Cav. ic. 3. p. 9. t. 217. Hab. in Canariis. Cor. interne luteo-viridis, laciniis macula fulva notatis. W. ♄

5. *angustifolia*, cor. glabris, laciniis emarginatis, cymis trichotomis, fol. lanceolatis aveniis laevibus, caule glabro. Willd. p. 1249. Desf. Atl. 1. p. 209. P. fruticosa, fol. aveniis angusto-lanceolatis perennantibus, folliculis horizontalibus basi oppositis. Billard. ic. pl. Syric. 2. p. 13. t 7. Hab. in Syria et Atlante. Cor. interne purpurescens, in medio macula alba notata. ♄

6. *esculenta*, glabra, fol. lineari-subulatis, racemis elongatis simplicibus, florib. interne nudis. Lin. suppl. 168. Roxb. corom. 1. p. 13. t. 11. Pluck. amal. 19. t. 359. f. 6. Hab. ad littora fluminum Zeylonae et Malabariae. Var. latitudine foliorum. W. ♄

7. *emetica*, cor. glabris, corymbis paucifloris axillaribus, fol. lineari-lanceolatis aveniis. Willd. p. 1250. Retz. obs. 2. p. 14. Willd. phytog. 1. p. 6. t. 5. f. 2. In Ind. ♄

8. *indica*, spicis axillaribus, imbricatis, fol. ellipticis obtusis mucronatis, caule glabro. Willd. p. 1251. Burm. zeyl. 187. t. 83. f. 1. Pluck. mant. 17. t. 359. f. 2. Hab. in Zeylona. ♄

9? *capsularis*, fol. lanceolatis integerrimis oppositis, cymis axillaribus diffusis. Forst. prod. n°. 126. Hab. in Nova Zeelandia. †

10. *africana*, fol. ovatis acutis, flor. corymbosis, caule hirsuto. Willd. Jacq. misc. 1 p. 13. t. 1. f. 3. Comm. rar. 18. t. 18. Pluck. alm. 37. t. 137. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. purpurasc. *Nect.* album campanulatum, 5-gonum 1 ore 10-dentato, vagina interior albida, cum nect. conglutinata ambiens pistillum. Jacq.

11. *tunicata*, fol. oblongis cordatis acuminatis, florib. umbellatis. Willd. obs. 2. p. 15. phytog. Retz. 1. p. 7. t. 5. f. 1. Hab. in Tranquebaria.

12. *sylvestris*, fol. subrotundo-ovatis reticulato-venosis, subtus pubescentibus, floribus umbellatis. Retz. obs. 2. p. 15. Willd. l. c. 1. p. 7. t. 5. f. 3. Hab. in sylvaticis Zeylonae. ♄

13. *albicans*, fol. ovatis acuminatis, racemis paucifloris, caul. suberoso candicante. Encycl. bot. 5. p. 191. Hab. in India orient. Commers. Non confundi debet cum Cynancho tuberoso L. quocum cortice convenit. Fruct. ignotus. ♄

14. *cordata*, fol. ovato-cordatis mucronatis, flor. axillaribus subumbellatis, pedunc. capillaribus. Enc. bot. l. c. Hab. in India. Sonner. P. *indicæ* affinis, sed tota glabra. ♄

15. *parviflora*, fol. ovato-sublinearibus, flor. minimis subsessilibus, caul. volubili. Enc. bot. 5. p. 192. In India a Sonnerat lecta. Non confundenda dicitur cum Cynancho *parviflora*. Sw., cujus habitum refert. ♄

16. *virgata*, fol. lanceolatis, flor. longe spicatis subnudis, caul. virgatis, ramis florentibus lateralibus. Enc. bot. l. c. In Ind. orient. Cor. albida, parva. ♄

624. CYNANCHUM. Contorta. *Cor.* rotata. *Nect.* cylindricum, 5-dentatum, cor. faucem ambiens, simplex. *Folliculi* 2.

1. *viminale*, caule volubili perenni aphyllo. L. Euphorbia viminalis. L. Spec. plant. 2. p. 649. Bass. Act. bonon. Alp. aegypt. 190. t. 190. Hab. in Africae maritimis et Indiae nemorosis. Caul. nudus, crassitudine calami. ♄

2. *filiforme*, caule erecto simplicissimo, fol. linearibus, floribus verticillatis axillaribus. Lin. suppl. 169. C. fol. linearibus planis. Thunb. prod. 46. Hab. in Cap. b. spei.

3. *crispum*, caule erecto herbaceo, fol. lanceolatis crispis, floribus lateralibus. Thunb. prod. 46. Cum priore.

4. *tenellum*, caule herbaceo subvolubili, fol. ovato-oblongis. Lin. suppl. 168. Hab. in Nova Granada.

5. *obtusifolium*, caule volubili herbaceo, fol. oblongis apice rotundatis cum acumine, umbellis lateralibus. Lin. suppl. 169. cfr. Lam. enc. 2. p. 236. Hab. ad Cap b. spei. Flor. virides subumbellati. W. ⊙

6. *capense*, caule volubili undique conformi, fol. subcordato-ovatis, pedunculis multifloris.

multifloris. Lin. suppl. 168. Hab. ad Cap. b. spei.

7. *acutum*, caule volubili herbaceo, fol. cordato-oblongis glabris. Apocynum latifolium. Clus. hist. 1. p. 125. Hab. in Sicilia, Hispania, Astracan. Cymae poliferae. W. ♃

8. *rostratum*, caule petiolisque hirsutis, fol. cordato-oblongis, petalis lanceolatis planis. Vahl. symb. 3. p. 45. Hab. in insula Trinitatis. Cor. ante explicationem ovata acuminato-rostrata.

9. *grandiflorum*, caule pedunculisque hirtis, fol. cordato-ovatis acuminatis, petalis ovato-acuminatis. Willd. p. 1254. Cav. ic. 2. p. 14. t. 21. Hab. in America calidiore. Caulis pilis rufis. Cor. maxima hujus generis, viridis, coriacea. ♃

10. *nigrum*, caule volubili, fol. oblongo-cordatis glabris acutis, racemis simplicibus paucifloris. Willd. Cav. ic. 2. p. 45. t. 159. Hab. in Mexico. Cor. nigrae. ♃

11. *racemosum*, caule volubili fol. ovato-cordatis glabris acuminatis, racemis simplicibus multifloris. Willd. Jacq. amer. 81. t. 54. ed. pict. t. 80. Hab. in Carthagena. Cor. candidae, parvae. ♃

12. *excelsum*, caule volubili, fol. glabris cordato-lanceolatis, caps. longis angustis acutis. Desf. Atl. 1. p. 212. Hab. in palmetis prope Tozzer. Fol. glauca. ♃

13. *Ipecacuanha*, caule volubili pubescente, fol. cordato-ovatis cuspidatis subtus pubescentib., umbell. simplib. paucifloris villosis. Willd. Jahrb. d. Pharm. t. 2. β. C. *vomitorium*, fol. ovato-lanceolatis, corymb. etc. Lam. enc. 2. p. 235. Asclepias *asthmatica*. Lin. Willd. Sp 2. p. 1270. Hab. in Zeylonae sylvis et in ins. Franciae. Rad. vim vomitoriam ad dosin 24. gr. oblata excercet. Cal. lacin. setaceae.

14. *tomentosum*, caul. volubili tomentoso, fol. subcordato-ovalib. mucronatis subtus tomentosis, umb. subquinquefloris. Lam. l. c. In Ind. oriental.

15. *maritimum*, caule volubili, foliis cordatis hirsutis subtus tomentosis, pedunc. aggregatis. Jacq. amer. 83. t. 56. ed. pict. t. 82. Hab. in Terra Bomba Amer. meridion. Cor. atropurpureae. ♄

16. *suberosum*, caule volubili hirto, fol. ovato-cordatis acuminatis, corymbis axillaribus, laciniis cor. lanceolatis. Willd. Dill. elth. 300. t. 229. f. 296. Habit. in America calidiore. ♄

17. *carolinense*, caule volubili herbaceo hirsuto, fol. ovato-cordatis acutis hirsutis, flor. subumbellatis, cor. obtusis. Jacq. ic. 2. t. 342. Coll. 2. p. 288. Hab. in Carolina. ♃

18. *obliquum*, caule volubili herbaceo hirsuto, fol. cordatis acutis villosis, florib. umbellatis, petalis obliquis ad oras revolutis. Jacq. ic. 2. t. 341. Collect. 1. p. 148. Hab. in Carolina. ♃

19. *hirtum*, caule volubili fruticoso inferne suberoso fisso, fol. ovato-cordatis. L. Moris. S. 15. t. 3. f. 61. Hab. in America. ♃

20. *crispiflorum*, caule volubili, foliis subtus villosis oblongis cordatis, sinu clauso, petalis apice crispis. Plum. ic. 210. t. 216. f. 1. Hab. in fruticetis Jamaicae et ad isthmum Darien. ♄

21. *prostratum*, caule prostrato herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis subtus tomentosis. Willd. Cav. ic. 1. p. 5. t. 7. Hab. in Mexico. ♃

22. *monspeliacum*, caule volubili herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis glabris. Cav. ic. 1. p. 44. t. 60. Jacq. ic. 2. t. 340. Collect. 4. p. 168. Hab. in Hispania et Narbonae maritimis. ♄

23. *sibiricum*, caule volubili herbaceo, fol. articulato-cordatis glabris. Willd. in N. Act. berol. v. 2. t. 6. f. 1. Hab. in Sibiria. Non confundendum cum C. *erecto*.

24. *extensum*, caule volubili herbaceo hirto, fol. reniformi-cordatis acutis, petalis acutis, margine hirsutis. Jacq. ic. 1. t. 54. Misc. 2. p. 353. C. cordifolium. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. ♄

25. *reticulatum*, caule volubili, foliis acuminatis glabris planis, umbellis axillaribus. Willd. p. 1258. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. ♄

26. *undulatum*, glabrum, caule volubili fol. oblongis acuminatis, basi attenuatis, undulatis, umbellis capitatis. Willd. Jacq. amer. 85. t. 58. ed. pict. t. 84. Hab. Carthagenae in monte de la Popa. Cal. cinereus. Cor. violacea. ♄

27. *parviflorum*, caule volubili filiformi, fol. ovatis apice subulatis, umbellis subsessilibus. Swartz. Fl. ind. occident. 1. p. 537. Plum. ic. 215. f. 1. Hab. in fruticetis sylvaticis montosis Indiae occidentalis. ♄

28. *erectum*, caule erecto divaricato, fol. cordatis glabris. L. Jacq. hort. t. 38. In Syria. ♄

29. *hastatum*, fol. subhastato-lanceolatis: auriculis rotundatis, flor. fasciculatis subsessilibus. Hab. in Africa.

30. *angustifolium*, caul. volubili, fol. linearibus angustis, umbellis longe pedunculatis. Hab. ad littora maris in Carolina. Michaux, fil. Ex Herb. Rich.

† Gonolobium. *Cor.* rotata, 5-partita. Appendix (nectar. L.) brevissima, inclusa. *Stylus* discoideo-5-gonus. *Folliculi* utplurimum costati seu angulati.

31. *macrophyllum*, sarmentis petiolisque hirtis, fol. amplis abrupte acuminatis puberulis, cor. laciniis ovali-lanceolatis. Michaux. Flor. 1. p. 119. sub *Gonolobo*. Vincetoxicum gonocarpos. Walt. Hab. in Carolinae sylvis.

32. *hirsutum*, sarm. petiolisque hirsutissimis, fol. sensim acuminatis utrinque pubescentib., cor. lacin. oblongo-ovalibus obtusis. Michaux. l. c. Vincet. acanthocarpos. Walt. Cum priore. Follic. oblongi sparsim muricati.

33. *læve*, sarment. glabriusculis, fol. subconoideo-cordatis, folliculis laevibus. Michaux. l. c. sub Gonolobo. Hab. in dumetosis ripariis flum. Mississipi.

34. *obtusifolium*, fol. cordatis suborbiculatis subtomentosis mollibus. Hab. .. Ex herbario Rich.

35. *planiflorum*, caul. volubili, fol. cordatis glabris subtus tomentosis, pedunc. subracemosis. L. Jacq. amer. ed. pict. t. 81. Hab. in Carthagen. Amer. Flor. virescentes. J.

36? *album*, caule volubili, fol. oppositis ovato-acutis inferne albis umbel. solitariis multifloris. Cav. ic. 4. p. 5. t. 310. sub Asclep. In Peru. Cor. rotata, sordide alba. Cornic. clausi, candidi. C.

†† Vincetoxicum. *Cor.* erecta. *Nectarium squamulas s. callas* 5, *carnosas retusas sistens.*

37. *Vincetoxicum* (vulgare), caule erecto, fol. ovatis acuminatis margine tenuissime ciliatis. Willd. Sp. p. 1268. sub *Asclepias*. Flor. dan. t. 849. Vincetoxicum officinale. Moench. method. p. 717. Hab. in montosis calcareis et in sylvaticis. ♃

38. *nigrum*, caul. superne subvolubili, fol. ovatis basi barbatis. Lin. sub Asclep. Hab. in Italiae et Galliae meridionalis collibus. Cor. nigrescens. ♃

Obs. Ob appendices uniformes solidas duae hae species cum Cynanchis majorem affinitatem habent, quam Asclepedialibus; an potius distinctum efficiunt genus?

625. APOCYNUM. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 5, cum staminibus alterna. *Styl.* subnullus. *Stigma* latum. *Folliculi* longi, lineares.

1. *filiforme*, caule decumbente herbaceo hirto, foliis lineari-filiformibus, floribus umbellatis. Thunb. prod. 47. Willd. 2. p. 1259. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *hastatum*, caule decumbente herbaceo, fol. hastatis. Thunb. l. c. A. minutum. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. filiform. Umb. simplex subsexflora. ♃

3. *androsæmifolium*, caule rectiusculo herbaceo, fol. ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus glabris. L. Dod. mem. 59. t. 59. Moris. s. 15. t. 3. f. 16. Hab. in Virginia, Canada. Flor. rosei, muscicapae. ♃

4. *cannabinum*, caule rect. herbaceo, fol. oblongis subtus tomentosis, cymis lateralibus folio longioribus. Ait. Kew. 1. p. 303. Michaux. Flor. 1. p. 122. Moris. s. 15. t. 3. f. 14. Hab. in Canada, Virginia. Cor. pallescente-virides. Fol. in culta magis glabra. ♃

5. *hypericifolium*, caule erectiusculo herbaceo, fol. oblongis cordatis glabris, cymis folio brevioribus. Aiton. p. 304. Jacq. hort. 3. p. 37. t. 66. Hab. in America boreali. ♃

6. *venetum*, caule erectiusculo herbaceo, fol. elliptico-lanceolatis mucronatis, margine denticulato-scabris. Willd. Hab. in Adriatici maris insulis. ♃

7. *paniculatum*, caule frutescente volubili, fol. ovato-lanceolatis acutis glabris, floribus terminalibus et axillaribus paniculatis. Lam. encyclop. 1. p. 212. A. Acouci. Aubl. guj. 1. p. 174. t. 107. Hab. in pratis Sinemariensibus Gujanae. ♄

8. *umbellatum*, caule volubili frutescente, fol. ovatis acuminatis subtus tomentosis, cyma terminali. Willd. Flor. purpurascentibus. Aubl. guj. 1. p. 275. t. 106. Hab. in Cajenna. ♄

9. *tiliæfolium*, caul. volubili subfruticoso, fol. cordato-subrotundis acuminatis longe petiolatis. Lam. enc. 1. p. 214. Rheed. 9. t. 15. Rumph. 5. t. 175. f. 2? Hab. in India. Sonnerat. Flor. magni in fasciculo umbelliformi axillari.

10. *cotinifolium*, fol. rotundatis obtusis petiolatis viridibus, flor. parvis corymbos. terminalibus. Lam. l. c. p. 215. Hab. in ins. Java.

11. *reticulatum*, caule volubili perenni, fol. ovatis venosis. Rumph. 5. t. 40. Hab. in India. ♄

12. *cordatum*, caule volubili hirto, fol. ovatis subtus villosis. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

13. *lanceolatum*, caule volubili herbaceo striato glabro, fol. lanceolatis, umbella triflora. Thunb. Hab. ad Cap. b. spei.

14. *triflorum*, caule volubili herbaceo piloso, fol. lanceolatis, umbellis lateralib. subtrifloris. Thunb. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

15. *lineare*, caule volubili, herbaceo glabro, fol. lineari-lanceolatis, florib. paniculatis. Thunb. A. fol. linearibus planis, umb. axillaribus compositis. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

† QUIRIVELA. *Caps.* ovalis, cal. tecta, 1-locularis, 5-valvis. *Sem*...? *Flor*...?

16. *frutescens*, caule erecto frutescente, fol. lanceolato-ovalibus, cor. acutis, fauce villosis. Lin. Willd. 2. p. 1260. Flor. Zeyl. t. 12. f. 1. Quirivelia *zeylanica*, fol. ovato-lanceolatis subacuminatis, flor. racemosis axillarib. Poir. in Enc. bot. vol. 6. (ined.) p. 24. Lam. enc. 1. p. 215. Kirwael Zeylonensium. Hab. in Zeylona.

Obs. Hanc plantam non hujus generis, nec ejusdem familiae esse dicitur. In vivis aut melioribus speciminibus hinc ulterius examinari debet.

626. ASCLEPIAS. Contorta. *Cor.* rotata, (sæpius) reflexa. *Nect.* 5. ovata, concava, corniculum exserentia. *Anth.* corneae longitudinaliter dehiscentes.

* *Foliis nullis.*

1. *aphylla*, caul. aphyllo. Thunb. prod. 47. Willd. Sp. 2. p. 1262. Hab. ad Cap. b. spei.

** *Foliis oppositis planis.*

2. *undulata*, fol. sessilibus oblongis lanceolatis, undulatis glabris, petalis ciliatis. Sp. pl. 312. Comm. rar. 16. t. 16. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

3. *crispa*, fol. cordato-lanceolatis undulatis scabris oppositis, umb. terminali. Lin. suppl. 170. A. undulata, fol. revoluto-repandis pilosis. Syst. veg. p. 214. Comm. par. 17. t. 17. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purpurei. ♄

4. *pubescens*, fol. ovatis venosis nudis, caule fruticoso pedunculisque villosis. L. Moris. 3. s. 15. t. 3. f. 35. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purpurascentes. ♄

5. *mucronata*, fol. oblongis mucronatis glabris, umbellis axillaribus. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

6. *procera*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, cor. subcampanulatis. Ait. Kew. 1. p. 305. A. gigantea. Jacq. obs. 3. p. 17. t. 69. Houttuyn. 5. t. 44. Hab. in Persia. ♄

7. *gigantea*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, laciniis cor. reflexis involutis. Ait. Kew. 1. p. 305. Rheed. 2. t. 31. Seb. thes. 1. t. 26. f. 1. Hab. in India orientali. Valde venenata. Nectaria laminas solidas conniventes sistit. Cor. albo-rubroque variegata. ♄

8. *grandiflora*, fol. petiolatis oblongis pilosis, caule simplici hirto erecto, flor. axillaribus pedunculatis. Lin. suppl. 170. Habit. ad Cap. b. spei. Umb. nulla. Flos colore Fritill. Meleagridis tessellato. L.

9. *carnosa*, fol. ovatis carnosis glaberrimis. Lin. suppl. 170. Hab. in China. †

10. *syriaca*, fol. ovalibus subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nutantibus. L. Blackw. t. 521. Hab. in Virginia, circa Astracan. Planta utilissima. Sem. coma pro serico et caules lini adinstar praeparari possunt.

β. *illinoensis*, caule simpl., fol. lanceolato-oblongis sensim acutis subtus tomentosis, umbel. subnutantibus tomentosis. A. *syriaca.* β. Michaux. Flor. 1. p. 115. In pratis Illinoensibus.

11. *obtusifolia*, foliis amplexicaulibus oblongis rotundato-obtusis undatis, umbel. terminali longius pedunculata glabra, corniculis exsertis. Michaux. l. c. Hab. a Virginia ad Carolinam.

12. *hybrida*, caul. simplicissimo subtomentoso, fol. petiolatis ovalib. puberulis, umbel. aphyllis terminalib. Michaux. A. variegata. Walt. Hab. in Carolina. Cor. purpurascens: limbo albente.

13. *amplexicaulis*, tota glauca, caul. decumbentibus simplicibus, fol. cordatis amplexicaulibus, corniculis delitescentib. compresso-ligulatis. Michaux. p. 116. Hab. in pascuis aridis subulosis in Georgia. Fol. purpureo-venosa. Umb. e summis axillis et terminales.

14. *humistrata*, fol. sessilibus cordatis

oppositis, caul. prostrato, umbel. axillaribus. Walt. Flor. carol. p. 105. Hab. in Carolina.

15. *amoena*, fol. ovalis subtus pilosiusculis, caule simplici bifariam puberulo, umbellis nectariisque erectis. L. Michaux. Flor. p. 118. In America septentrionali. Habitus prioris. Petal. purpurea, append. longis roseis. M.

16. *purpurascens*, foliis ovatis subtus villosis, caule simplici, umbellis erectis, nectariis resupinatis. Dill. elth. 32. t. 28. f. 31. Hab. in Carolina. Affinis A. syriacae, uti sequens. ♃

17. *variegata*, fol. ovatis rugosis nudis, caule simplici, umbellis subsessilibus: pedicellis tomentosis. L. Pluck. alm. 34. t. 77. f. 1. Hab. in Amer. boreali. ♃

18. *curassavica*, fol. lanceolatis petiolatis glabris nitidis, caule simplici, umb. erectis solitariis lateralibus. Mill. Swartz. obs. 106. Sloan. hist. 2. t. 129. Dill. elth 34. t. 30. f. 33. Hab. in Curassao. Flor. aurantii, pulchri. Folliculi ad latera denticulati. ♄

19. *nivea*, fol. ovato-lanceolatis glabriusculis, caule simplici, umb. erectis lateralibus solitariis. L. Dill. elth. 33. t. 29. f. 32. Plum. sp. 2. ic. 30. Hab. in Virginia et America calidiore. Cor. viridis nectar. nivea. Folliculi edentuli. ♃

20. *laniflora*, fol. planis lineari-lanceolatis, caule fruticoso, umbellis lateralibus solitariis, cor. hirsutis. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 7. Hab. in Arabia felici. ♄

21. *parviflora*, fol. lanceolatis acuminatis glabris oppositis basi attenuatis, caule suffruticoso erecto, umbellis lateralibus solitariis. Ait. Kew. 1. p. 307. Hab. in Carolina, Florida. ♃

22. *incarnata*, caule erecto superne ramoso tomentoso, fol. lanceolatis utrinque subtomentose lanuginosis, umbel. pluribus, origine geminis, cornic. exsertis. Michaux. p. 115. Jacq. hort. t. 107. Hab. in Canada, Virginia, in pratis humidis Illinoensibus.

Obs. Culta, dicit Michaux. l. c., omnibus partibus minor, multo magis pubescit, et Willdenow. l. c. p. 1267. fol. determinat *glabra*.

β. *pulchra*, fol. lanceolatis subtus pubescentibus, caul. superne diviso, umbellis erectis geminis. Willd. p. 1267. Hab. in America boreali. ♃

23. *debilis*, glaberrima, caule debili erecto simplici, fol. petiolatis ovali-lanceolatis utrinque acutis membranaceis, pedicel. capillaribus. Michaux. p. 116. Hab. in Carol. aquosis umbrosis. Flor. albi.

24. *citrifolia*, fol. ovatis undulatis subtus discoloribus pubescentibus, umb. terminali, caul. erecto simplici. Willd. Jacq. ic. 2. t. 343. Collect. 2. p. 290. Hab. in Amer. ♃

25. *decumbens*, fol. villosis, caule decumbente. L. Gron. virg. p. 27. Hab. in Virginia. ♃

26. *lactifera*, fol. ovatis, caule erecto, umb. proliferis brevissimis. L. Hab. in Zeylona. Succ. instar lactis inservit. Burm. ♃

27. *volubilis*, arborea volubilis, fol. oppositis planis ovatis integerrimis acuminatis umbellis erectis. Linn. suppl. 170. Hab. in Zeylona. ♄

28. *alexicaca*, caule volubili, fol. inferioribus cordatis, superioribus ovatis, umbellis sessilibus. Jacq. Collect. 2. p. 101. Rheed. 9. t. 13. Hab. in Zeylona. ♃

29. *viminalis*, caule suffrutescente volubili filiformi, fol. oppositis lanceolatis glabris, umb. lateralibus multifloris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 539. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t 131. f. 1. Hab. in Jamaicae australis fruticetis sabulosis juxta rivos. ♃

30. *laurifolia*, caule erecto, fol. subsessilibus ovali-lanceolatis sensim angustatis acutissimis glabris margine asperiusculis. Michaux. p. 117. Hab. in Georg. ad amnem Althamaha. Cor. subtus viridescens; supra cum appendiculis purpurea. Affinis A. *amoenae*. L. et var. sequentis? M.

31. *paupercula*, caul. erectiusculo glabro oligophyllo, sursum nudo, fol. linearib. longissimis, umb. terminalib. paucifloris. Michaux. p. 118. A. lanceolata Walt.? In Carol. infer. herbidis humidis. Cor. rubella, append. lutea.

32. *graminea*, fol. linearib. gramineis oppositis, caul. ramoso, umbel. terminalib., cornicul. erectis mucronatis. Lam. enc. 1. p. 283. In India. Caul tenuis, subangularis.

*** *Foliis lateralibus revolutis.*

33. *arborescens*, fol. revolutis ovatis, caule fruticoso subvilloso. Burm. afr. 31. t. 13. Hab. in Cap. b. spei montibus. Cor. albae. ♄

34. *fruticosa*, fol. revolutis lineari-lanceolatis, caule fruticoso. Lin. Herm. Mill. dict. t. 45. Pluck. alm. 36. t. 138. f. 2. β. crassifolia. L. Syst. Veg. p. 214. Hab. ad Cap b. spei. Nect. compressa absque

ungue, cujus loco auriculae duae, longiores, reflexae. L. ♄

35. *sibirica*, fol. revolutis lineari-lanceolatis oppositis ternatisque, caule decumbente. Gmel. sib. 4. p. 77. n. 21. Murr. comment. goetting. 1779. p. 23. t. 7. Hab. in Sibiria. Var. fol. alternis, binis et ternis. ♃

36. *davurica*, fol. linearibus subulatis piloso-ciliatis oppositis, umb. pedunculatis axillaribus, calycib. pilosis. Willd p. 1272. Hab. in Davuria. Distincta fol. brevioribus, flor. umbellatis fere magnitudine A. syriacae. W. ♃

37. *setosa*, fol. linearibus revolutis oppositis, caule fruticoso. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 8. A. setosa. Forsk. Hab. in Arabia felici. ♄

38. *filiformis*, caule erecto, fol. filiformibus, umb. lateralibus elongato-pedunculatis. Lin. suppl. p. 169. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

Obs. Ascl. filiformis, Apoc. filiforme, et Cyn. filiforme ut simillima inter se diversa floribus.

1. *carolinensis*, pubescens, fol. absque emarginatura reniformibus (senior-biculatis?) utrinque viridibus, cal. villoso-ciliatis. Michaux. Flor. 1. p. 136. Dimidofia repens. Gmel. Hab. in Carolina. Styl. 1, sed profunde bipartitus. M.

2. *repens*, fol. reniformibus emarginatis subtus pubescentibus. Willd. Sp. 2. p. 1353. Smith. ic. ined. 1. p. 8. t. 80. Lam. ill. t. 183. Sibthorpia evolvulacea. Lin. Supp. p. 288. Hab. in N. Grenada et N. Zeelandia.

β ? *peruviana*. D. *repens*, caul. filiformi, repente, fol. reniformibus emarginatis, subtus nervosis sericeis. Flor. Peruv. 3. p. 22. In Peruviae ruderatis. Cor. albido-lutea. Fruct. dispermus, membrana tenui evalvi tectus. l. c.

* *sericea*, fol. reniformibus retusis subtus sericeis. Swartz. Flor. 1. p. 556. Willd. p. 556. Hab. in Jamaica et in Ins. Mauritii. ♃

640. CRESSA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* hypocrateriformis. *Filam.* tubo insidentia. *Cap.* supera 2-valvis, 1. s. 4-sperma, basi dehiscens.

1. *cretica*, cor. imberbibus, capsulis monospermis. Retz. obs. 4. p. 24. Willd. p. 1320. Lam. ill. t. 183. Desf. Atl. 1. p. 220. Lysimachiae spicatae purpureae affinis. Pluck. alm. 236. t. 43. f. 6. Hab. in Cretae litoribus salsis, et ad maris littora prope Tunetum. Cinerea, pubesc.

2. *indica*,

2. *indica*, Cor. apicibus barbatis, capsulis tetraspermis. Retz. obs. 4. p. 24. Hab. in Indiae salsis. Similis C. creticae. ⊙

641. NAMA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-partita. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis. *Recept.* 2-lamellatum. *Sem.* numerosa.

1. *jamaicensis*, caul. decumbente, fol. obovatis, flor. solitariis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1326. Lam. ill. t. 184. Brown. jam. t. 18. f. 2. Hab. in Jamaica, in saxosis. Cor. 5-crenata, longitudine cal. Br. ⊙

642. HYDROLEA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* rotata, aut campanulata. *Filam.* basi (et Antherae) cordata. *Styli* longi divergentes. *Stigmata* capitato-peltata. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis.

* *Spinosae.*

1. *spinosa*, fol. lanceolatis hirsutis, flor. terminalibus. Willd. Sp. 2. p. 1327. Aubl. Guj. 1. p. 281. t. 110. Hab. in Amer. meridionali. Fol. viscosa. L. Flor. interdum 6-fidi, 6-andri, et caps. 3-styla, 3-locularis. Juss.

β? *trigyna*, spinosa, fol. oblongis hirsutis, flor. 3-gynis axillaribus. Swartz. Flor. ind. occ. 1. p. 558. Hab. pro Vera-Crux et in Acapulco viciniis.

Obs. Cavanilles ic. pl. v. 6. p. 19. hanc et priorem in unam conjunxit, quia stylorum numerus (secundum eumdem) in eadem planta variat a 2 ad 4, et quia hae plantae in reliquis conveniunt.

2. *caroliniana*, spinosa, fol. lanceolatis longis, flor. subsessilibus axillaribus. Michaux. Flor. p. 177. H. quadrivalvis. Walt. Hab. in aquis stagnantibus. H. spinosae similis dicitur, sed non ita ramosa. Flor. 1-5 fasciculati.

** *Inermes.*

3. *Zeylanica*, caul. inermi, flor. subracemosis, fol. lanceolatis glabris. Vahl. Symb. 2. p. 46. Nama zeylanica. Lin. Flor. zeyl. t. 2. Steris javanica. Mant. p. 54. Lam. ill. t. 184. Burm. ind. t. 39. f. 3. Rheed. 10. t. 28. In Ind. orientali. ⊙

4. *urens*, flor. paniculatis (parvis), spicis conjugatis dichotomisque, fol. duplicato-dentatis cordatis, superiorib. ovalibus. Flor. Per. 3. p. 21. t. 243. Hab. in Peruv. praeruptis calidis, 2-3-orgyalis, dense hirsuta. Cor. violacea limb. extus hispido. ♄

5. *crispa*, flor. panicul. (magnis), spicis conjugatis, fol. multiformibus crispis inciso-serratis. Flor. Per. p. 22. t. 244. f. a. In Andium nemorib. ad margines Pozuzo fluvii. Cor. magna alba campanulata. ♄

6. *dichotoma*, flor. solitariis e dichotomiis, fol. oblongo-spathulatis. Flor. Per. l. c. fig. b. Hab. passim in Huanuci urbis arenosis et argillosis. Viscosa. Fol. supra retrossum aspera. Cor. alba, lineis caeruleo-violaceis maculata. ⊙

643. CUSCUTA. *Cal.* 4-5-fidus. *Cor.* 4-5-fida. *Caps.* 2-locularis, basi circumscissa. *Sem.* bina. (Stam. passim. 4. Embryo spiralis. G. Nect. s. squamae in corol. basi quibusdam.)

1. *vulgaris*, flor. subsessilibus, cor. 4-5-andra fauce nuda, stigmatib. acutis. C. *europaea*. Lin. Smith. Flor. brit. 1. p. 282. Flor. dan. t. 199. Engl. bot. t. 378. Hab. in agris, ad sepes, in plantis parasitica, quas extinguit, hinc valde nociva.

2. *corymbosa*, flor. pedunculatis corymbosis, cor. ovatis 4-fidis 4-andris fauce nudis, stigm. capitatis. Flor. Peruv. 1. p. 69. t. 115. f. b. Hab. in Peruviae cultis, praesertim supra Medicag. sativam.

3. *Epithymum*, minor, flor. sessilibus, staminib. squama crenata munitis, stigm. simplicib. L. Smith. l. c. p. 283. Engl. bot. t. 35. Flor. dan. t. 427. C. *europaea*. Lam. enc. 2. p. 229. C. europaea. β. Willd. Sp. p. 702. In plantis humilioribus, praesertim in pratis, parasitica. A. vulgari distinctissima; etiam multo tenerior, col. rubella. ⊙

4. *odorata*, flor. congestis sessilib., cor. campanulatis, basi squamis fimbriatis, stigm. capitatis. Flor. Per. l. c. t. 105. f. a. Hab. in Limae segetibus et versuris. Cal. albus punct. purpureis maculatus.

5. *americana*, flor. pedunculatis umbellatis, stigm. capitatis, cor. tubulosae limbo patente. Lin. Jacq. Amer. ed. picta. t. 17. C. surinamensis. Schill. lepr. t. 2. Sloan. hist. jam. 1. t. 128. f. 1. Hab. in sepibus et fruticosis Caribaearum. Flor. parvi aggregati flavescentes. Nectar. e squam. 5, fimbriatis infra stamina, cor. adnata. Jacq.

6. *chinensis*, flor. paniculatis, 5-fidis, cal. anguloso longitudine corollae. Lam. ill. 1. p. 353. Enc. bot. 2. p. 229. Hab. in

China. Flor. subsparsi in pedunc. ramosis. Cor. fere globosa, albida. Styli brevissimi, stigm. subcapitata. Lam.

7. *africana*, flor. pedunculatis, pedunc. unifloris, cor. quinquefidis. Willd. p. 703. C. americana. Thunb. prod. p. 32. Hab. in Cap. b. spei arboribus. Pedunc. uniflori bractea lanceolata suffulti.

Obs. Hanc in Myrica aethiopa crescentem vidit Linnaeus et sub nomine Schreberae descripsit. Willd.

8. *monogyna*, flor. pedunculatis monogynis. Vahl. symb. 2. p. 32. Tournef. Cor. 45. β? *lupuliformis*, flor. racemosis. Krock. siles. n°. 251. t. 36. Roxb. Cent. 1. p. 15. t. 23. (Secundum Willdenow.) Hab. in Oriente. β in Silesia et Monspelii. Facies C. americanae, at omnia duplo majora. V.

9. *reflexa*, racemis numerosis, cor. 5-partita: laciniis reflexis. Roxbourg. corom. 2. p. 2. t. 104. Hab. in India. Cresc. durante caelo frigido.

644. LINCONIA. *Cal.* laciniae bracteæformes, per paria opposítae: exteriores minores. *Cor.* (Cal. Juss.) basi urceolata, 5-fida: laciniis paleaeformibus, canaliculatis, basi foveatis. *Caps.* semi infera, 2-locularis, 2-partibilis: loculis 1-spermis.

1. *alopecuosidea.* Lin. Willd. Sp. 2. p. 1296. Herm. afr. 7. Hab. in montosis aquosis Cap. b. Sp. Frutex abietiformis. Fol. linearia, triquetra, subverticillata.

* *peruviana*, fol. verticillatis subdenis linearibus sessilibus hirsutis basi connato-vaginosis. Lam. enc. 3. p. 527. Hab. in Peru.

645. VELEZIA. *Cal.* gracilis, 5-dentatus. *Cor.* 5-petala, parva. *Caps.* 1-locularis, apice 4-valvis. *Sem.* plurima, receptaculo filiformi, centrali affixa.

1. *rigida.* L. Willd. Sp. 2. p. 1329. Barr. rar. t. 1018. Bocc. mus. 2. t. 43. Hab. in Europ. australi: Hispania et in Barbaria prope Mascar. Desf. atl. 1. p. 221. Caul. ramosissimus. Cor. parva limbo roseo. Stam. 5-6. ⊙

646. VAHLIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* infera, unilocularis, polysperma.

1. *capensis.* Thunb. Diss. Nov. gen. c. c. Willd. Sp. 2. p. 1354. Russelia. Linn. suppl. 175. Hab. ad Cap. b. spei, sabulosis. Statura Silenis. Fol. opposita. Fl. ex summis ramis 2-3. Petala et Antherae niveae. Th.

647. CARMONEA. *Cal.* persistens, 5-partitus. *Cor.* rotata. *Styl.* capillares. *Drupa* globosa, 6-locularis. *Sem.* solitaria.

1. *heterophylla*, fol. alternatim fasciculatis, flor. racemosis. Cav. ic. 5. p. 438. Hab. in ins. Luzon. etc. Fol. oblongo-ovata, nunc integra, nunc apice tridentata. ♄

648. ROCHEFORTIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis, fauce aperta. *Fructus* 2-locularis, polyspermus.

1. *cuneata*, fol. cuneiformibus obovatis integris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 552. Hab. in Jamaicae saxosis aridis montosis. ♄

2. *ovata*, fol. ovatis emarginatis. Swartz. l. c. p. 554. Hab. in Jamaicae fruticetis lapidosis. ♄

649. HEUCHERA. *Petala* 5. *Caps.* 2-rostris, 2-locularis.

1. *americana*, viscosa-pubescens, scapis subnudis, thyrso elongato, fol. radicalibus longe petiolatis semptemlobis. Murr. Comm. Gott. 3. p. 66. Cortusa americana, flore squalide purpureo. Herm. parad. 131. t. 131. II. Cortusa. Michaux. 1. p. 171. Habit. in America boreali. Petala purpurascentia. ♃

2. *villosa*, minor villosissima, fol. acute lobatis, panicul. capillarib. laxiflora. Michaux. 1. p. 172. Cresc. in Carol. infer. montibus. Flor. parvi, albi.

650. GUMILLEA. *Cal.* campanulatus, 5-fidus. *Cor.* 0. *Germen* semibifidum. *Caps.* 2-locularis, polysperma, birostris.

1. *auriculata*, fol. impari-pinnatis. Flor. Per. 3. p. 23. t. 24. Habit. in Peruviae nemorib. juxta Munnae vicum.

651. BUMALDA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Styli* villosi. *Caps.* 2-locularis, birostris.

1. *trifolia*, fol. oppositis ternatis. Thunb. jap. p. 114. Ej. Diss. bot. 1. p. 63. Hab. in Japoniae montibus. Racemi terminales. ♄

652. ULMUS. *Cal.* campanulatus 5-fidus. *Cor.* 0. *Caps.* (Nux

Samara. G.) compressa, membranaceo-alata. (Stam. etiam 4 et 8. Flor. conglomerati.)

1. *campestris*, foliis duplicato-serratis basi inaequalibus, flor. subsessilibus conglomeratis pentandris, fructib. glabris. Willd. Sp. pl. 2. p. 1324. Lam. ill. t. 185. β. *latifolia*, fol. subtus pubescentibus. Cresc. in campestribus, ad vias publicas. Rami divaricati, nonnulli quasi penduli. ♄

2. *suberosa*, fol. duplicato-serratis basi subaequalibus, flor. subsessilibus conglomeratis tetrandris, ramulis suberoso-alatis. Willd. U. *hollandica* quorumd. videtur. U. *campestris* plurium autor. et Linnaei? β. *fruticosa*, humilis, fol. parvulis pubescentibus. Cum priore, β. ad sepes. Rami virgati, erecti, ramuli subdistichi. ♄

3. *alata*, ramis utrinque alato-suberosis, fol. oblongo-ovalibus sensim acutis, basi subaequalibus, fructu pubescente-ciliata. Michaux. p. 173. U. pumila. Walt.? Arb. mediocris, fol. carpinea. Hab. in Virginia et Carolina inferiore.

4. *fulva*, fol. ovali-oblongis longissime acuminatis utrinque pubescentibus, gemmis lana densa fulva tomentosis, flor. sessilibus. Michaux. Fl. 1. p. 172. Hab. in Americae frigidioris regionib. in montibus Alleghanis. Succus sub cortice viscosus (unde incolis Sliperi-elm.) ♄

5. *effusa*, fol. duplicato-serratis basi inaequalibus, flor. octandris pedunculatis effusis, fructib. margine ciliatis. Willd. U. campestris. Flor. dan. t. 632. U *montana*. With. Smith. brit. 282. U. ciliata. Ehrh. Hab. in nemoribus, sepibus. Fol. latiora, quam in praecedente, minusque aspera. Sm.

6. *americana*, ramis laevibus, fol. serraturis uncinato-acuminatis, flor. pedicellatis, fructib. villo densissimo fimbriatis. Michaux. Flor. 1. p. 172. Hab. in Amer. boreali. Stam. 5–8. Fol. subtus pubescentia.

7. *nemoralis*, fol. oblongis glabriusculis aequaliter serratis basi subaequalibus, flor. sessilibus. Ait. Kew. 1. p. 320. Hab. in Amer. boreali. ♄ †

8. *pumila*, fol. aequaliter serratis : basi aequalibus. Pall. ross. 1. p. 76. t. 48. Hab. in Sibiria. ♄

Obs. Statura, dicit Pallas l. c., hujus speciei saepe certat cum quercu. Rami divaricati. Stipul. ferrugineae, membranaceo-setaceae. Samarae s nuculae glabrae, apice ncisae. Sequens quae in horto Celsii colitur diversa species videtur.

* *microphylla*, fol. (parvulis) inciso-serratis basi attenuatis subaequalibus, ramis virgatis. U. *pumila*, β. transbaicalensis. Pall. l. c. fig. A. B. C. E. Fol. conferta lanceolato-ovata Euphr. officinalis, var. sylvestris, fere similia, sed paullo majora, sub lente tenuiter pubescentia. ♄

9. *chinensis*, sempervirens? fol. (subparvis) coriaceis nitidis brevi serratis ovatis basi obliquis. U. *pumila* quorumdam. Thé de l'abbé Gallois per ironiam. (Cels). Hab. in China. Colitur in hortis et (durante hyeme) in frigidariis. Statura humilis. Fol. laete viridia, rigida ex ovato sublanceolata. ♄

10. *integrifolia*, fol integerrimis, stam. 7–9. Roxb. Corom. 1. p. 56. t. 78. In montib. citianensib. Ind. orient. Arb. magna. Cal. 4-5-6-fidus. R.

653. PLANERA. Polygama. *Cal.* membranaceus, subcampanulatus, 4-5-fidus. *Cor.* o. *Stigm.* 2, oblonga, glandulosa, recurvo-divergentia. *Caps.* (Nux?) subglobosa, membranacea, 1-locularis, non dehiscens, aut laevis, aut squamulosa (non alata), 1-sperma. Masculi floris intermixti stam. 4-6. (Frondescentia et Floratio Ulmi, cui valde affinis. *Michaux.*)

1. *aquatica*, fol. petiolatis oblongo-ovalibus basi obtusis, aequaliter serratis, caps. scabra. Michaux. Flor. 2. p. 248. Pl. aquatica. Gmel. Syst. p. 150. Hab. ad ripas fluv. Ochio, Mississipi et Carol. Vere.

2. *Richardi*, fol. subsessilibus oblongo-ovalibus crenato-dentatis basi emarginatis, caps. laevi. Michaux. l. c. Ulmus polygama. Richard. Rhamnus carpinifolius. Pallas Flor. ross. 1. t. 60? Habitat circa mare Caspium.

654. CELTIS. Polygama. Cal. 5-partitus. *Cor.* o. *Styli* divaricati, crassiusculi. *Drupa* monosperma. *Flor. masculi* (inferioris) cal. 6-partitus et *Stam.* 6. (Folia saepius obliqua. Filam. elastica?)

1. *australis*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis, fructu solitario. Lam. enc. 4. p. 136. C. fructu nigricante. Tournef. Scopoli Delic. 2. p. 97. t. 18. Duhamel. Arbr. 1. p. 143. t. 53. Hab. in Europa australi et Barbaria. Arb. magna, cujus fructus mense Jan. maturescunt. Lign. durum, nigrescens.

2. *occidentalis*, fol. oblique ovatis serratis acuminatis, fructu solitario. Lam. l. c. Mill. dict. t. 88. Gaertn. de fr. 1. p. 374. t. 77. f. 3. Scop. l. c. p. 100. C. fol. inferiorib. ternis, superioribus solitariis. Michaux. 2. p. 249. Hab. in Amer. boreali, copiose ad Mississipe. Drupa cerasiformis obscure purpurea.

β? *tenuifolia*, fol. tenuioribus minus acuminatis, dentib. majoribus basi magis rotundatis; vid. Enc. bot. l. c. p. 137 et 138. Cresc. in Ludoviscana; colitur in H. P. An distincta?

3. *Tournefortii* (lutea), fol. parvis ovatis crenato-serratis: junioribus subcordatis, basi obliquis, fructu luteo. Enc. bot. l. c. C. orientalis minor, fol. minorib. et crassiorib., fructu luteo. Tournef. Iter. 2. p. et t. 425. C. orientalis. Mill. dict. n°. 3. Hab. in oriente, nunc in hortis colitur. Lign. candidum. Arb. statura Pruni. T. ♄

4. *orientalis*, fol. ovato-lanceolatis, basi oblique cordatis serrulatis subtus villosis, panic. axillaribus. Enc. bot. l. c. Rheed. 4. t. 40. Retz. obs. bot. 6. p. 34. Hab. in Indiae montosis humidis, ad fluv. ripas. ♃

5. *cordata*, fol. latis oblique cordatis acuminatis subpubescentibus, pedunc. subbifloris. C. crassifolia. Lam. enc. l. c. p. 138. Hab. in Amer. sub nomine imposito in hortis colitur. Fol. serraturae acutae et fere spinulosae.

6. *sinensis*, fol. lato-ovatis crenatis glaberrimis venis prominentibus. Hab. in Sina. Ex hort. Celsii. Fol. majuscula, obtusa.

7. *micrantha*, fol. oblique cordatis ovato-lanceolatis serrulatis superne scabriusculis. Swartz. Prodr. p. 53. Ejusd. Flor. 2. p. 542. Brown. jam. p. 173. t. 12. f. 2. Ait. Kew. 3. p. 437. Rhamnus micranthus. Lin. Plum. gen. ic. 206. Hab. in Antillis. C. *orientali* affinis, sed fol. superne scabra, nec subtus incano-tomentosa et magis serrulata. Sw.

8. *Lima*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis oblique cordatis serratis superne scaberrimis. Swartz. Prodr. p. 53. et Flor. p. 545. cfr. Enc. bot. 4. p. 140. Hab. in Ind. occidentali. Priori affinis, sed scabritie singulari differt. Sw.

Obs. Ad Celtes quoque retulit cl. Swartz Rhamnum iguaneum. Lin. sub nomine. C. *aculeata*, cui affinis videtur Celtis *integrifolia*. Lam. enc. l. c., quae fol. integerrimis et stylis bifidis distinguitur, sed vix hujus generis est.

655. HERNIARIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Filam.* 5-sterilia cum staminibus alterna. *Caps.* 1-sperma.

1. *glabra*, herbacea glabra, glomerulis multifloris spicaeformibus. Lam. enc. 3. p. 124. Willd. Sp. 2. p. 1296. Flor. dan. t. 529. Hab. in apricis, arenosis, siccis. Pallescens, diffusa.

2. *hirsuta*, herbacea hirsuta, glomerulis parvis paucifloris. Lam. l. c. Bauh. hist. 3. t. 379. f. 1. Priore rarior in arenosis.

3. *incana*, fruticulosa, fol. ovato-oblongis pilosis, cal. piloso-incanis. Lam. l. c. Hab. in Europa australi. Rami densi, decumbentes. Flor. fasciculati, axillares.

Obs. Forte non diversa ab H. *lenticulata* L., quae vero pro planta dubia habetur; vid. Litter. Vahlii ad cl. Willdenow. in Schrad. bot. Journ. 1799. v. 1. p. 285.

β? *capensis*, suffruticosa, hirsuta, fol. ovatis. H. *lenticulata*. Thunb. prodr. p. 48. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

4. *alpina*, fol. obovatis acutis glabris margine ciliatis, floribus glomeratis quinquefidis hirsutis. Willd. p. 1297. H. *alpina*, glomerulis paucifloris hirsutis, radice crassa sublignosa. Villars. delph. 2. p. 556. H. *alpestris*, flor. 4-5-fidis etc. Lam. enc. 3. p. 125. Hab. in alpibus Delphinatus et Helvetiae. ♃

5. *fruticosa*, fol. ovalib. congestis acutiusculis hirsutis, flor. glomeratis quadrifidi. hispido-hirsutis, caule fruticoso. Willd. Lob. ic. 85. Hab. in Hispania et Gall. meridionali. Rad. crassiuscula.

6. *polygonoides*, glabra, caule erecto dichotomo, fol. ovatis cuspidatis, flor. terminalibus. Willd. p. 1298. Cavan. ic. 2. p. 27. t. 131. H. erecta. Desf. Atlan. 1. p. 214. Illecebrum suffruticosum. Lin. Hab. in Hispania et in collib. prope Mascar.

Atriplicina. *Gen.* 656-63. *pentandra*, flor. incompletis s. cor. o, parvis, conglomeratis. Sem. 1.

656. ATRIPLEX. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Styl.* 2-partitus. *Sem.* 1, depressum. *Flor.* feminini intermixti, quibus: *Cal.* 2-phyllus. *Sem.* 1, compressum. (Hac nota a sequente genere differt.)

1. *Halimus*, tota, argenteo-glauca, caul. fruticoso, ramosissimo, fol. deltoidibus

integris. Lin. Halimus latifolius. Bauh. Hab. in Hispaniae, Lusitaniae, Angliae, Siberiae, Barbariae et Virginiae maritimis. Fol. subcarnosa, persistentia, aliquando basi dentata. ♄

2. *odorata*, cinereo-glauca, caul. fruticoso, ramis angulatis, fol. petiolatis hastatis, spica simplici fructigena crassa supingui. An A. albicans. Ait. Kew. 3. p. 430? Hab. ad Cap. b. sp. Col. in hortis. Floscul. ex pallescente subpurpurei. Cal. fruct. inflatus subcarnosus complicatus. Odor satis gratus uti fruct. Cucum. Melo. ♄

3. *mollis*, caul. fruticoso erecto, fol. lanceolatis carnosis mollibus, cal. fructus rotundatis integerrimis. Desf. Atl. 2. p. 391. Hab. in Barbariae desertis. Facies sequentis. Cal. planus membranaceus maximus. D.

4. *portulacoides*, albido-glauca diffusa, caule fruticoso, fol. subpetiolatis obovatis. L. Sowerb. engl. bot. t. 261. β. Pluck. Alm. 61. t. 61. f. 4. Hab. in Oceani septentrionalis littoribus. ♄

5. *glauca*, caule suffruticoso procumbente, fol. ovatis sessilibus integerrimis: inferioribus subdentatis. L. Dill. elth. 46. t. 40. f. 46. Barr. rar. 1145. t. 733. Hab. in Galliae australis, Hispaniae et Barbariae maritimis. ♄

6. *rosea*: caule herbaceo, fol. incanis serratis (profunde sinuatis), fructibus quadrangularibus dentatis. A. sylvestris, fructu roseo compresso. Bauh. pin. 119. Hab. in Europa australiore. ⊙

Obs. Cal. fructus lobato-dentatus: laciniis lateralib. truncatis quadrangularibus. Link in Schrad. Journ. 1800. p. 55.

β? *foliosa*, caul. herbaceo, rhombeo-oblongis sinuato-dentatis, fruc. triangularibus acutis. Link. l. c. Hab. cum praecedente ad littora Tagus in Lusitania. ⊙

Obs. An cum sequente tantummodo prioris varietas? vid. Lam. enc. 1. p. 274.

7. *sibirica*, caule herbaceo, fol. deltoidibus angulatis, calycibus fructus extus muricatis. Hab. in Sibiria. Magnitudo A. hortensis. Fol. infra argentea. Flor. albi. Gmel. ⊙

8. *tatarica*, caule herbaceo, fol. deltoidibus sinuato-dentatis undulatis alternis. Hab. in Tataria. Altitudo humana. ⊙

9. *hortensis*, caule erecto herbaceo, fol. triangularibus. Blackw. t. 99. et 552. β. A. hortensis rubra. Bauh. pin. 119. Habitat sponte in Tataria. ⊙

10. *laciniata*, caule herbaceo, fol. deltoidibus dentatis subtus argenteis. Hab. ad Europae et Virginiae septentrionalis littora marina. Tota tecta quasi epidermide secedente. Spicae terminales hermaphroditae antheris laete rubris. Flor. feminei axillares gemini. L. ⊙

β? *sinuata*, caul. herbacea, fol. deltoidibus hastatis sinuatis subtus argenteis cal. seminum spicatis muricatis. Hoffm. Flor. Germ. 2. p. 277. A. laciniata. Lam. enc. 1. p. 275? Moris. s. 5. t. 32. f. 17.

11. *bengalensis*, caul. herbaceo erecto? fol. oblongo-deltoideis subhastatis obtusis. Lam. l. c. p. 276. Hab. in Bengalia. Fol. viridi rubescunt. ⊙

12. *hastata*, caul. herbaceo erecto, cal. valv. faemineis magnis membranaceis reticulatis, margine dentibus longe setaceis. Smith. in Engl. bot. Hoffm. l. c. Moris. s. 5. t. 32. f. 14. Hab. in Europa frigidiore. Genuina A. *hastata* paucis tantum nota videtur.

13. *patula*, procumbens, caul. herbaceo patulo, fol. triangulari-lanceolatis, cal. sem. triangularibus acutis margine et disco dentatis. Smith. Engl. bot. A. *hastata*. Curt. Fl. Lond. A. *virgata*. Scop. Del. insub. 2. p. 14. t. 7? Hab. in cultis et ruderatis.

14. *virgata*, caul. herbaceo patulo, fol. lanceolatis, ramis decussatis. Hoffm. Germ. 2. p. 277. Schkubr. Handb. 3. t. 347.

15. *nitens*, caul. erecto herbaceo, fol. nitidis: inferiorib. sagittatis eroso-dentatis acuminatis, mediis hastatis, supremis lanceolatis, cal. sem. 3-angularibus integris. Hoffm. l. c. p. 278. Schk. l. c. t. 358. Hab. in Germaniae sepibus. E. maximis.

16. *alba*, caul. erecto ramosissimo herbaceo, fol. ovatis, flor. axillaribus glomeratis, cal. fructus angulatis dentatis laevibus. Scop. l. c. t. 8. Hab. . . †

17. *littoralis*, caule herbaceo erecto, fol. omnib. linearibus integerrimis subdentatisque longis. A. angustissimo et longissimo folio. Herm. lugd. 79. Hab. in Europae littoribus maris ⊙

18. *marina*, caule herbaceo erecto, fol. crassiusculis linearibus serratis. A. angustifolia dentata. Pet. herb. t. 7. f. 4. Hab. in Angliae, Sueciae littoribus marinis. Pusilla, vix palmaris. ⊙

19. *pedunculata*, caule herbaceo divaricato, fol. lanceolatis obtusis integris, calycibus faemineis pedunculatis. L. Engl. bot. t. 232. Flor. dan. t. 304. Pluck. alm. 61. t. 36. f. 1. Hab. in maritimis. ⊙

Obs. Thunbergius hoc genus cum sequente combinavit.

657. CHENOPODIUM. *Cal.* 5-phyllus, 5-gonus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, lenticulare, superum.

* *Foliis angulosis.*

1. *Bonus Henricus*, fol. triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis axillaribus. L. Willd. Sp. 2. p. 1299. Flor. dan. t. 579. Hab. in Europae ruderatis. ♃

2. *mucronatum*, fol. triangulari-hastatis obtusis mucronatis, racemis foliosis. Thunb. prod. 48. Hab. ad Cap. b. spei.

3. *triandrum*, fol. cordato-sagittatis, spicis terminalib. aphyllis interruptis. Forst. prod. n°. 129. Hab. in Nova Zeelandia.

4. *urbicum*, fol. triangularibus subdentatis, racemis confertis strictissimis, cauli approximatis longissimis subaphyllis. Flor. dan. t. 1148. Hab. in plateis et ruderatis. ⊙

5. *Atriplicis* (purpurascens), foliis rhombeo-ovatis lanceolatisque, inferioribus sinuato-dentatis, paniculis axillaribus ramosis, caule erecto. Ait. Kew. 1. p. 311. Lin. suppl. p. 171. Ch. purpurascens. Jacq. hort. 3. p. 43. t. 80. Fol. summa farina tecta. Lam. enc. 1. p. 196. Hab. in China. Facies. Atriplicis hortensis rubrae. Flor. tres ad quinque in racemulo sessiles sanguinei. Cal. pentagonus. ⊙

6. *rubrum*, fol. cordato-triangularibus obtusiusculis sinuato dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis, caule brevioribus. Flor. dan. t. 1149. Curt. Lond. ic. Moris. hist. 2. t. 31. Hab. in Europae cultis, ruderatis. Adulta rubet diffusa. Fol. nidita, crassa. Sem. minutissima. ⊙

7. *murale*, fol. ovatis inaequaliter dentatis acutis nitidis, racemis corymbosis nudis, caule ramoso patulo. Willd. Bergeret. Phyt. ic. Desf. Atl. 1. p. 214. Hab. in Europae et Algeriae muris aggeribusque. Fol. longe petiolata.

β ? *guineense*, fol. ovatis inaequaliter dentatis acutis, racemis subramosis nudis erectis, caule simplici erecto. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 345. Hab. in Guinea. ⊙

8. *Quinoa* (chilensis), fol. triangulari-ovatis obsolete dentatis, junioribus. pulverulentis, racemis confertis petiolo breviorib. Willd. p. 1381. Feuill. peruv. t. 10. Hab. in Chili. Venarum folii par infimum est longe protractum ut inde facies folii triplinervii. W. ⊙

9. *serotinum*, fol. deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris uniformibus, racemis terminalibus. L. Hab. in Hispania, Gallia, Anglia, Sibiria. ⊙

10. *album*, fol. rhomboideo-ovatis erosis postice integris: summis oblongis, racemis erectis. Hab. in agris Europae passim. Sem. laevissima nec punctata. Smith. Planta matura albicat. L.

11. *viride*, fol. lanceolata rhomboideis dentato-sinuatis, racemis ramosis subfoliatis. L. Hab. in Europae cultis, agris. Caul. erectus, viridis, angulis purpurascentibus. ✝

**ficifolium*, fol. hastato-sinuatis erosis postice integris: superioribus oblongis integerrimis, sem. punctatis. Smith. brit. 1. p. 276. C. viride. Curt. Lond. ic. C. serotinum. Huds. Hab. in fimetis et ruderatis circa Londinum. Ramor. axillae purpurascentes. An C. *viride* auctorum? C. viride. L. ut varietatem C. *albi*, considerat cl. Smith.

12. *punctulatum*, fol. (albo-punctatis) imis rhombeo-ovatis sinuatis, supremis ellipticis, racem. lateralibus spicatis foliosis. Scop. Delic. insubr. 1. p. 26. t. 11. Hab. . . . Fol. rubro colore tingunt aquam, in qua macerantur. S.

13. *hybridum* (angulatum), fol. cordatis angulato-acuminatis, racemis ramosis divaricatis nudis. Curt. Flor. Lond. ic. C. *angulatum*. Enc. bot. 1. p. 194. C. stramonii folio. Vaill. paris. 36. t. 7. f. 2. Hab. in Europae cultis, ruderatis. Foetens. ⊙

14. *Botrys*, fol. oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis. Botrys. Dod. Hab. in Europae australis arenosis. ⊙

15. *ambrosioides*, fol. lanceolatis dentatis, racemis foliatis simplicibus. Moris. s. 5. t. 35. f. 8. Hab. in Mexico, Lusitania. ⊙

16. *multifidum*, fol. multifidis: segmentis linearibus, flor. axillaribus sessilibus. Dill. elth. 78. t. 66. f. 77. Hab. in Bonaria. ♄

17. *anthelminticum*, erectum, fol. ovato-oblongis rariter dentatis, racemis aphyllis, flor. 3-gynis. Lin. Michaux. p. 173. Hab. in Pensylvania, Bonaria et in Kentuckey ruderatis. ♃

18. *glaucum*, fol. ovato-oblongis repandis subtus glaucis, racemis nudis simplicibus glomeratis. Flor. dan. t. 1151. β ? concatenatum. Thuill. Paris. p. 125. Bauh. hist. 2. p. 472. t. 473. Hab. ad Europae fimeta, in fossis passim et glareosis. ⊙

** *Foliis integerrimis.*

19. *Vulvaria* (olidum), fol. integerrimis rhombeo-ovatis, flor. conglomeratis axillaribus, caul. diffuso. Flor. dan. t. 1152.

Curt. Lond. ic. C. foetidum. Lam. enc. 1. p. 196. Atriplex foetida. Bauh. Garosmus. Dod. 616. Hab. in Europae cultis oleraceis, ad vias in ruderatis.

20. *polyspermum*, fol. integerrimis ovatis, cymis dichotomis aphyllis axillaribus, sem. subnudis. Flor. dan. t. 1153. Blitum majus polyspermum a seminis copia. Moris. hist. 2. t. 30. f. 6. Hab. in Europae cultis. Caulis etiam erectus. ⊙

21. *caudatum*, fol. ovatis obtusis integerrimis, panicula nuda terminali elongata, caule simplici erecto. W. Jacq. ic. 2. t. 344. Col. 2. p. 325. Hab. in Guinea. ⊙

22. *acuminatum*, fol. ovatis acuminatis integerrimis, panic. nuda terminali. Willd. in N. Act. berol. 2. t. 5. f. 2. Habit. in Sibiria. C. sepium affinis.

23. *laterale*, fol. caulinis lanceolatis obtusis, ramorum oblongis, pedunc. lateralibus solitariis unifloris. Ait. Kew. 1. p. 313. Hab.... ⊙

24. *scoparium*, fol. planis lineari-lanceolatis margine ciliatis, flor. glomeratis axillaribus. Willd. p. 1306. Osyris. Dod. pempt. 151. Hab. in Graecia, Japonia, China, Carniolia. ⊙

25. *villosum*, fol. linearibus integris planis villosis mollissimis incanis, racem. lanatis. Lam. enc. 1. p. 196. Hab... Salsolam refert.

26. *maritimum*, fol. subulatis carnosis semiteretibus, floribus glomeratis axillaribus. Flor. dan. t. 489. Moris. s. 5. t. 33. f. 3. Hab. in Europae maritimis. ⊙

27? *oppositifolium*, fol. subulatis oppositis, glomerulis foliosis axillaribus. Willd. p. 1307. Lin. suppl. 172. Salsola oppositiflora. Pall. it. 2. p. 735. t. O. Hab. in Sibiriae aridis limosis ad Jaikum.

28. *aristatum*, ramosissimum, fol. lanceolatis subcarnosis, integerrimis, corymbis dichotomis aristatis axillaribus. L. C. fol. ex lineari-lanceolatis, racemis conjugatis dichotomis nudis, apice setaceis. Gmel. sib. 3. p. 83. t. 15. f. 1. R. Hab. in Sibiria, Virginia. Panicula magna divaricatissima. ⊙

658. BETA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* reniforme, intra substantiam baseos calycis.

1. *vulgaris*, flor. congestis, fol. inferioribus ovatis. Ait. Kew. 1. p. 315. Willd. 2. p. 1308. Gaertn. de fr. 1. t. 75. f. 5. Hab. sponte Europ. australioris maritimis, nunc ubique colitur. ♂

2. *patula*, flor. congestis, fol. omnibus lineari-lanceolatis, ramis divaricatis. Ait. l. c. Hab. in Madera. Caulis vix pedalis ramosissimus. ♂

3. *Cicla*, flor. ternis radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus, spicis lateralibus longissimis. Mill. dict. n°. 2. Hab. in Lusitania ad Tagum. ♂

4. *maritima*, flor. geminis, caul. decumbentibus, fol. triangularibus petiolatis. Mill. dict. n°. 1. Hab. in littoribus maris. ♂

Obs. Typus genuinus B. vulgaris et ciclae videtur.

5. *trigyna*, flor. ternis trigynis, cal. corollinis. Walds. Hongar. p. 34. t. 35. Inventa ad hortos pagi Pazoa in Hongaria in comitatu Syrmeensi. Flor. in spicis longis ante anthes in nutantib. digesti. ♃

659. SALSOLA. *Cal.* 5-phyllus, basi capsularis. *Cor.* 0. *Styli* 2-3. *Caps.* 1-sperma. *Sem.* cochleatum. (Cal. fructus in quibusdam margine membranaceo cinctus.)

1. *Kali*, herbacea decumbens, fol. subulatis spinosis, calycibus marginatis axillaribus. L. Willd. Sp. 2. p. 1310. Flor. dan. t. 818. Moris. s. 5. t. 33. f. 11. Hab. in littoribus maris. ⊙

2. *Tragus*, herbacea erecta, fol. subulatis spinosis laevibus, calycibus ovatis. L. Hab. in Europa australi. ⊙

3. *rosacea*, herbacea, foliis subulatis mucronatis, calycib. explanatis. *Rosacea*, caule erecto ramoso, fol. alternis conico-subulatis mucronatis, membranis corollinis purpureis. Cav. ic. 3. p. 44. t. 286. Buxb. cent. 1. t. 14. f. 2. Hab. ad Asiae septentrionalis salinas et in Arce Alonensi in Hispania. ⊙

4. *caroliniana*, herbacea decumbens glabra, fol. dilatato-subulatis spinenscentibus, cal. fructiferis latius explanato-alatis. Michaux. Flor. 1. p. 174. Walt. Hab. ad littora in Carolina. Affinis rosaceae. Gemmae fructificentes valde turgidae. M.

5. *Soda*, herbacea patula, fol. inermibus. L. Jacq. hort. t. 68. Hab. in Europae australis salsis. ⊙

6. *sativa*, diffusa herbacea, fol. teretibus glabris, flor. conglomeratis. L. Cav. ic. 3. p. 46. t. 291. In Hispaniae australis maritimis. ⊙

7. *spicata*, herbacea, fol. oblongis obtusis semiteretibus, flor. ternis axillaribus

subspicatis. Willd. S. falsa. Cav. ic. 3. p. 46. t. 290. Hab. in Hispania. ☉

8. *altissima*, herbacea erecta ramosissima, fol. filiformibus acutiusculis basi peduncuIiferis. L. Buxb. cent. 1. p. 21. t. 31. f. 2. Hab. ad Salinas Italiae, Saxoniae, Astracani. ☉

9. *trigyna* (triflora), herbacea erecta, foliis filiformibus obtusis carnosis, flor. axillaribus sessilibus ternis, stylo trifido. S. altissima. Cav. ic. 3. p. 46. t. 289. Habit. in Hispania. ☉

10. *salsa*, herbacea erectiuscula, fol. linearibus subcarnosis muticis, calycibus succulentis diaphanis. L. Jacq. hort. 3. p. 44. t. 83. Hab. in maritimis. ☉

β? *americana*, humilior, subdecumbens, flor. confertioribus. Michaux. 1. p. 174. Ad ostium flum. St. Laurentii.

11. *nudiflora*, sublignosa adscendens, fol. filiformibus carnosis, flor. glomeratis, fol. glomerulorum longitudine. Willd. p. 1313. Hab. in India orientali, ad maris littora. ♃

12. *flavescens*, sublignosa erecta, fol. teretibus pubescentibus, flor. subglomeratis. Willd. Cav. ic. 3. p. 45. t. 288. Hab. in Hispaniae montibus Orcelitanis. ♃

13 *hirsuta*, herbacea diffusa, fol. teretibus obtusis tomentosis. Flor. dan. 187. Hab. in Daniae et Monspelii maritimis. ☉

14. *laniflora*, herbacea, fol. teretibus pubescentibus, flor. axillaribus, antheris coloratis. Willd. Pall. it. 2. app. 104. tab. P. Hab. in Sibiria circa Saratschik. Cal. excrescens in paleas acutas longissimas, laminibus lateralibus roseis.

15. *arenaria*, caul. diffuso, fol. linearibus pilosis, cal. fructus laciniis membranaceis scariosis venosis ovato-oblongis obtusis. Kochia arenaria. Roth. N. bot. Beytr. p. 175. S. arenaria. Ejusd. Flor. germ. 2. app. p. 575. *Willemetia*. Maerklin. *Chenopodium*. Flor. Wetteravica. p. 356. Camphorosma monspeliaca. Pollich. Palat. nº. 176. Hab. in regionib. Rhenanis, Germ. australioris. Cal. laciniae post anthesin (quod in multis *salsolis* obvenit) in alas 5 rotatas albidas, venis purpureis pictas increscunt.

16. *hyssopifolia*, herbacea, fol. linearibus planis, glomerulis florum axillaribus lanatis. Willd. Pall. it. 1. app. nº. 107. t. L. Kochia. Roth. Hab. in Sibiriae campis siccis salsis ad Rhymnum. ☉

17. *canescens*, caul. suffruticoso folioso, fol. lineari-acutis tomentosis planis argenteo-sericeis. Hort. Par. Chenopodium sinense. Willemet in Essays de Medecine et d'Hist Nat. 3. p. 233. Hab. . . . Rami juniores argentei.

18. *diffusa*, herbacea tomentosa decumbens, fol. lanceolatis. Thunb. prodr. p. 48. S. sericea. Ait. Kew. 1. p. 317. Chenolea diffusa. Willd. Sp. 2. p. 1203. Thunb. Diss. bot. 1. p. . . Hab. ad Cap. b. sp. maritima. Fol. opposita, argenteo-tomentosa cum acumine carnoso. Styl. filiformis, 2-fidus.

19. *polyclonos*, sublignosa diffusa, fol. oblongis, calycibus marginatis glomeratis coloratis. L. Bocc. mus. 2. p. 34. t. 34. Barr. rar. 214. t. 275. Hab. in Siciliae, Hispaniae maritimis.

20. *prostrata*, frutescens, fol. linearibus pilosis inermibus. L. Gmel. sib. 3. t. 18. f. 2. Jacq. austr. t. 209. Hab. in Asia boreali, Hispania, Austria, Helvetia, Sibiria. ♄

21. *monandra*, caule herbaceo ramoso carnoso subaphyllo, fol. teretibus carnosis, flor. monandris. Willd. Pall. it. 3. app. 83. t. M. f. 1. Hab. in Sibiria ad lacum Altan, inque desertis Astrachanensibus. ☉

22. *vermiculata*, frutescens, fol. fasciculatis teretibus filiformibus, floralibus ovatis acutis carnosis. Willd. S. mycrophylla. Cav. ic. 3. p. 45. t. 287. Barr. rar. 501. t. 215. Hab. in Hispania, Lusitania et Sibiria. ♄

23. *Arbuscula*, fruticosa, fol. fasciculatis teretibus basi attenuatis incurvis, flor. solitariis sparsis. Willd. Pall. it. 1. app. nº. 102. t. K. Hab. in deserto Tatarico ad ripas Lacus salsi Inderiensis. ♄

24. *aphylla*, fruticosa subaphylla, ramis flosculorum rudimento coopertis. Lin. suppl. 173. Caroxylon Salsola. Thunb. Diss. Nov. pl. gen. Hab. ad Cap. b. spei in omni Karro. Frutex altitudine humana aphyllus valde irregularis L ♄

25. *arborescens*, frutescens, fol. semicylindricis, inferioribus conjugatis. Lin. suppl. 173. Hab. in Sibiria. Caul. adscendentes albi. Cal. scarioso-rosacei. ♄

26. *fruticosa*, fruticosa, fol. carnosis teretibus obtusis imbricatis muticis. Engl. bot. t. 635. Chenopodium fol. linearibus teretibus carnosis, caule fruticoso. L. Hort. cliff. 86. Hab. in maritimis Galliae, Hispaniae, Angliae, Lusitaniae, Persiae. Sempervirens. Bract. ternae. ♄

27. *indica*, fruticosa, fol. linearibus carnosis semiteretibus, floralibus oblongis obtusis. Willd. p. 1317. Habit. in India orientali. ♄

28. *sedoides*, suffruticosa, fol. teretibus filiformibus ciliatis, flor. glomeratis axillaribus. Willd. Pall. itin. 1. app. n°. 108. t. M. f. 1. 2. Hab. in Sibiriae humidis salsis. ♃

29. *muricata*, fruticosa patula, ramulis hirsutis, cal. spinosis. L. S. monobractea. Forsk. descr. 55. Bassia muricata. Allion. Misc. taur. 3. 177. t. 4. f. 2. Buxb. cent. 3. t. 40. Hab. in Europa australi, Aegypto. Cal. bini, congesti. ♄

30. *camphorosmoides*, fruticosa spinosa ramosissima, fol. glabris alternis filiformibus cum fasciculis axillaribus. Desfont. Atl. 1. p. 218. Kali orientale fruticosum spinosum, camphoratae-foliis. Tourn. Cor. 18. Hab. in incultis prope Flemsen. ♄ †

31. *brevifolia*, fruticosa ramosissima, fol. ovatis confertis brevissimis pubescentibus. Desf. l. c. Boc. sic. 59. In arenis prope Cafsam. Fol. uti in Sedo acri. D.

32. *mollis*, fruticosa, ramis patentibus, fol. teretibus carnosis glaucis obtusis. Desf. l. c. Cum priore. Fol. glabra, succosa Sedi *albi* fol. simillima. D.

33. *oppositifolia*, fruticosa, fol. subulatis inermibus oppositis. Desf. Atl. 2. p. 219. Moris. s. 5. t. 33. S. *fruticosa*. Cav. ic. 3. t. 285. Hab. in agro Tunetano. Cal. fructus membranae rosae latae flabelliformes in campanam conniventes. D. Styl. bifidus. C.

34. *verticillata*, fruticosa erecta, fol. oppositis linearibus semicylindricis, flor. subverticillatis. Schousboe. Maroc. 1. p. 123. Hab. prope Magodore. Fructus nondum observatus. †

35. *glauca*, fruticosa, erecta glaberrima, fol. semiteretibus filiformibus, cal. solitariis bracteatis, fructib. explanatis hyalinis. Bieberst. Tableau, etc. Kali orientale fruticosum altissimum, flor. stam. purpureis. Tournef. Cor. p. 18. Hab. in praecipitibus montium inter Kubam et veterem Schamachiam. ♄

36. *Echinus*, fruticosa glabra, fol. subulatis muticis, spiduis divaricatis floriferis. Bill. Syr. 2. p. 10. t. 5. Anabasis spinosissima. Lin. suppl. p. 173. Willd. Sp. p. 1319. Hab. in Aegypto, Persia in monte Libano. Ob fructum potius hujus generis.

37. *platyphylla*, caul. herbaceo ramosissimo, fol. lato-lanceolatis sinuato-dentatis, flor. paniculatis trigynis, cal. fructus margine orbiculari hinc emarginato. Michaux. Flor. 1. p. 174. S. radiata. Desf. in Annal. du Mus. 2. p. 28. t. S. *atriplicifolia*. Sprengel, Kochia Roth. N. bot. Beytr. p. 177? Hab. in Amer. septentrionali. Sub nomine Sals. Chenopodioides et latifolia hinc inde colitur. Ob folia, habitus a ceteris omnino alienus est.

Obs. Genus Salsolae, nonnullis speciebus Chenopodiis affine, iterum recognosci debet et forte dividendum. Cl. Roth. nonnullas species ab hoc genere secundum characterem sequentem separat:

KOCHIA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, 5-fidus: in fructu in marginem foliaceum 5-petaliformem excrescens: fauce clausa dentibus 5, triangularibus. *Cor.* 0. *Stylus* 1, brevis. *Stigm.* 2–3, longa. *Caps.* 1-locularis: 1-2-sperma. *Semen* incurvum.

660. ANABASIS. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-sperma, calyce cincta.

1. *aphylla*, aphylla, caule ramoso articulato, articulis emarginatis, ramis apice floriferis. Willd. Sp. 2. p. 1318. Salsola articulata. Cav. ic. 3. p. 43. t. 284. Buxb. cent. 1. p. 11. t. 18. Hab. ad maris Caspii littora et circa Tripolin. ♄

2. *cretacea*, aphylla, caul. numerosis caespitosis simplicissimis articulatis basi floriferis, articulis emarginatis. Willd. Pall. it. 1. app. n°. 109. t. N. Hab. in Sibiria. ♃

3. *foliosa*, fol. subclavatis. L. Salsola clavifolia. Pall. it. 2. p. 486. Hab. ad mare Caspium. ☉

4? *tamariscifolia*, fol. subulatis, pericarpiis exsuccis. L. Cav. ic. 3. p. 42. t. 283. Hab. in Hispania. Stigm. 3, obtusa. ♄

661. ANREDERA. *Cal.* 2-partitus, dorso carinatus. *Cor.* 0. *Styl.* 2-fidus. *Sem.* 1, cal. compresso membranaceo-bialato tectum.

1. *spicata*. Juss. Gen. pl. Gmel. Syst. p. 454. Basella *vesciaria*, fol. subcordatis, pedunc. simplicibus, fruct. orbiculato-compressis vesicariis. Lam. enc. 1. p. 382. Hab. in Peruvia. Caul. scandens. Flor. spicati alterni.

662. BOSEA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Bacca* 1-sperma.

1. *Yervamora*. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1322. Lam. ill. t. 182. Frutex peregrinus horto Bosiano Yervamora dictus. Walt. hort. p. 24. t. 10. Hab. in ins. Canariis. ♄

663. MICROTEA. *Cal.* 5-phyllus, patens. *Cor.* o. *Drupa* sicca, echinata.

1. *debilis.* Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 543. Lam. ill. t. 182. Willd. p. 1309. *Schollera.* Rohr in Act. hafn. 2. 1. p. 210. Hab. in Caribaeis, ins. St. Eustachii, etc. Caul. diffusus. Fol. ovata. Racemi secundi filiformes. ⊙

664. PHYLLIS. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stigmata* hispida. *Sem.* 2, oblonga, axi filiformi annexa.

1. *Nobla*, stipulis dentatis, fruct. pendulis. L. Dill. Elth. t. 299. f. 386. Lam. ill. t. 186. Hab. in Canariis. Flor. corymbosi. ♄

665. COPROSMA. Polygama. *Cal.* minimus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis. *Styli* longi, basi cohærentes. *Bacca* infera, 2-sperma. (Stam. etiam 6-7.)

1. *lucida*, pedunc. compositis. Lin. suppl. p. 178. Forst. gen. n°. 69. Murr. Syst. veg. p. 290. Hab. in N. Zeelandia. Similis Phyllidi, glaberrima. Fol. opposita, ovata. Stipul. interfoliacea. L.

2. *foetidissima*, flor. solitariis. Lin. l. c. Lam. enc. 2. 98. Ej. ill. t. 854. Cum priore.

Obs. Hoc genus, ulterius examinandum, ab ill. Juss. inter Rubiaceas, cum priore, collocatum est.

666. PANAX. Polygama. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-petala. *Bacca* infera, cordata, 2-sperma. *Cal.* in flore Masc. integer.

1. *simplex*, foliis alternis lanceolatis serratis, umbell. compositis. Forst. Flor. austral. p. 75. Hab. in N. Hollandia.

2. *trifolia*, pusilla, rad. subrotunda, fol. ternis: foliolis subsessilibus. Michaux. Flor. Trew-Ehr. t. 6. f. 2. Hab. in Pensylvania et Noveboraca. Fol. glabra nitida, passim quina.

3. *quinquefolia*, rad. fusiformi, fol. ternis: foliol. quinis petiolatis. Michaux. l. c. p. 256. Trew-Ehr. t. 6. Lam. enc. 2. p. 713-714. Planta celebris ob radicem Ginzing s. Ninzin.

4. *attenuata*, fol. ternatis quinatisve: foliol. ovatis attenuatis crenatis, caul. arborescente. Swartz. Flor. 2. p. 562. Hab. in Ind. occident. in monte la Souffire, Guadeloupe et in ins. St. Christophe.

5. *arborea* (australasia), fol. septenatis dentatis glabris, umb. composita, caul. arboreo. Lin. suppl. p. 441. Hab. in N. Zeelandia.

6. *undulata*, fol. 6-8-tenatis lanceolato-ovatis acuminatis subundulatis, subtus ferrugineo-pubescentibus, flor. paniculatis, caul. arboreo. Aubl. gujan. 2. p. 949. t. 360. F. Morototoni. Ej. et Gmel. Syst. II. p. 466. Hab. in Gujanae sylv. et ad St. Domingo. Arb. 60-100-pedalis, apice foliosa, tota aromatica. Fruct. compress. cordati pubescentes.

7. *fruticosa*, fol. supradecompositis dentato-ciliatis, caul. fruticoso. Lin. Rumph. amb. 4. t. 33. Hab. in ins. Ternaté. Altitudine humana, vi diuretica gaudet.

667. CUSSONIA. Involucr. o. *Cal.* 1-phyllus truncatus crenatus. Petala 5, oblonga acuta. Fructus didymus, 2-locularis cal. stylisque coronatus.

1. *thyrsoidea*, fol. quinatis: foliol. simplicibus cuneatis ternatisque apice dentatis. Thunb. Diss. acad. 1. p. 12. et N. act. Ups. 3. t. 12. Lam. ill. t. 187. Willd. Sp. 2. p. 1355. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *spicata*, fol. septenis: foliol. simplicibus lanceolatis ternatisque apice serratis. Thunb. l. c. Act. Ups. t. 3. Cum priore.

Obs. Hoc genus a Thunbergio inter umbellatas collocatum, a Jussieuo rectius una cum praecedente ob semina pericarpio inclusa, ad fam. Aralias refertur.

UMBELLATÆ familiam exhibent, primo obtutu ab aliis facile dignoscendam, ob flores umbellatim dispositos, et fructus inferos, nudos, in semina duo, ex axe centrali filiformi pendula, bipartibiles. Umbellae sunt aut simplices s. flores in pedunculo communi sessiles, aut compositae s. in umbellulas radiatim pedicellatas divisae; nonnullae anomalae sunt s. a forma communi aberrantes. Utraeque sunt vel nudae, vel involucratae. Flores constant ex calyce integro aut quinquedentato, minimo; corolla 5-petala, aequali, aut radiata: petalis exterioribus majoribus. Stamina adsunt 5 et

styli 2. Lagoecia unico tantum gaudet stylo. Plures flores in eadem umbella abortiunt ob stylorum defectum, qui polygami denominantur. Caul. plerisque herbaceus, et folia composita sunt. Diversae harum plantarum partes, praesertim semina, gaudent qualitate calida, aromatica, nonnunquam caustica, imo venenata; radices quarumdam edules sunt.

668. ERYNGIUM. Flor. capitati. Involucr. polyphyllum. *Cal.* proprius, 5-phyllus, superus. *Cor.* 5-petala. *Recept.* paleaceum. *Fruct.* coronatus, 2-partibilis. (Fol. Cardui.)

* *Foliis laciniatis.*

1. *campestre*, fol. radicalibus petiolatis ternatis: caulin. inferiorib. pinnato-lanceolatis, caul. superne ramosissimo. L. Schousb. Maroc. p. 135. Willd. Sp. 2. p. 1358. Jacq. austr. t. 155. Flor. dan. t. 554. β. *lusitanicum*, latifolium. Tournef. 327. Hab. in incultis, ad vias ubique. ♃

2. *Bourgati*, fol. omnib. digitatis lacin. suborbiculatis, capitul. subrotundis paleis subulatis integris. Ait. Kew. 1. p. 326. Gouan, ill. p. 7. t. 3. Hab. in Gallia australi, in Helvetia. Fol. quoad formam ut in Ger. columbino. Involucr. Subulata 9-12-phylla. Capit., rarius unicum, amethystinum. Lam.

3. *amethystinum*, fol. radicalibus trifidis basi subbipinnatis, bracteis linearibus spinis interjectis. Moris. s. 7. t. 35. f. 2. Schousb. Maroc. ed germ. p. 122. Hab. in Syriae montibus et in campis prope Tingidem. Nomen colorem plantae exprimit. ♃

4. *rostratum*, fol. caulinis pinnatis: radicalibus polymorphis, involucr. inaequalibus, capitulis apice rostratis. Cav. ic. 6. p. 34. t. 552. Hab. in maris Chilensis littore prope Talcahuano urbem. Col. plant. luteo albus.

5. *monocephalum*, fol. amplexicaulibus canaliculatis laxe pinnatis, involucro patentissimo rigido. Cav. l. c. p. 35. t. 553. Hab. in Mexico. Flor. violacei. Involucr. amplum, 30-phyll.

6. *triquetrum*, fol. radicalib. trilobis inciso-spinosis, caul. digitato-palmatis, flor. corymbosis, involucr. 3-4-phyllo subulato-canaliculatis, pedicellis triquetris. Desf. Atl. 1. p. 225. t. 54. Hab. in Barbariae arvis. Col. plant. amethystinus. ♃

7. *rigidum*, fol. palmato-laciniatis, bract. rigidis pinnatifidis pungentibus, caul. crasso. Lam. enc. 4. p. 752. E. Spinalba. Vill. Delph. 2. p. 660. t. 17. Hab. in Galliae alpib., locis incultis. Capit. magna, oblonga, bract. 9-10 pinnatifidis, albidis, spinosis cincta. A sequente omnino diversum.

8. *alpinum*, fol. radicalibus integris cordatis, caulinis lobatis sublaciniatis, bracteis mollibus pinnatifido-ciliatis caerulescentib. Lam. l. c. p. 753. Jacq. ic. rar. t. 94. Hab. in alpibus. ♃

9. *caeruleum*, fol. radicalibus cordato-ovatis, caulinis palmatis, involucri foliolis quinis subulatis basi utrinque spinula minima armatis, paleis mucronatis. Tableau d. prov. sur la côte occidentale de la mer Caspienne. n°. 7. Munting. Phytogr. p. 455. Moris. s. 7. t. 37. f. 13. Habit. in coll. et apricis prov. Schiruanensis. ♃

10. *maritimum*, fol. radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capit. pedunculatis, paleis tricuspidatis. L. Moris. s. 7. t. 36. f. 6. Hab. in maritimis. Rad. longissima. Col. pl. glaucus aut albicans. ♃

β? *aquifolium*, fol. ovatis acutis spinosis amplexicaulibus, involucr. 6-7-phyllo, fol. intus caeruleis. Cav. Annal. de ciencias natur. n°. 7. p. 32. E. *maritimum*. Flor. Dan. t. 875. ♄

11. *ilicifolium*, fol. obovatis dentato-spinosis, margine cartilagineis, caul. dichotomo, involucr. foliaceis, paleis tricuspidatis. Cav. ic. 6. p. 225. t. 53. Lam. enc. 4. p. 757. Hab. in Barbaria et Lusitania.

12. *dichotomum*, fol. radicalibus cordato-oblongis crenatis, umbel. dichotomis, capit. florum rotundo involucr. breviore, paleis tricuspidatis. Desf. Atl. 1. p. 126. t. 55. In collib. incultis circa Masca. Affine E. *plano*, sed omni parte minus. Capit. parva. D.

13. *corniculatum*, fol. radicalibus ellipticis subdentatis petiolatis: caulinis perparvis pinnatifido-laciniatis, caul. trichotomo, involucr. inaequalibus, paleis integris. Lam. l. c. p. 758. Tournef. Inst. p. 327. Hab. in Lusitania. Capitul. numerosa, cincta involucr. 5-6-phyllo cujus fol. 3. caeteris longiora cornicula mentientia. Lam.

14. *planum*, fol. radicalibus cordato-ovalibus planis crenatis petiolatis caulinis sessilibus, capit. ovatis pedunculatis. Lam. enc. 4. p. 753. Jacq. Austr. t. 391. Barr. ic. 1174. Hab. in Russia, Polonia, Austria et Gallia meridionali? Capit. et pedunculi amethystini.

15. *tricuspidatum*, fol. radicalibus cordatis : caulinis palmatis, auriculis retroflexis, paleis tricuspidatis. L. Willd. p. 1357. Desf. Atl. 1. p. 224. E. *Bocconi*, fol. radicalib. cordato-subrotundis crenatis apice subincisis : caulinis inferioribus trifidis; superioribus digitatis, paleis tricuspidatis. Lam. l. c. E. capitulis Psyllii. Bocc. Sic. t. 47. Moris. s. 7. t. 36. f. 12. Hab. in Europ. australi, Barb. et Oriente.

16. *creticum*, fol. caulinis digitatis spinosis brevissimis subreflexis, caul. superne corymboso, involucr. subhexaphyllis. Lam. l. c. p. 754-755. Tournef. Cor. p. 23. Hab. in ins. Candia. Col. pl. amethystinus.

17. *glomeratum*, fol. pinnato-laciniatis : laciniis angustis spinosis, thyrso terminali, capit. globosis subglomeratis. Lam. l. c. Cum priore et in Oriente. Rad. longa, apice crassa. Capit. minuta numerosa. Invol. foliola 6, lineari-subulata. L.

18. *dilatatum*, fol. pinnatifidis apice dilatatis trifido-laciniatis spinosis, involucr. hexaphyllis margine spinosis. Lam. l. c. Barrel. ic. 36. Bocc. Mus. t. 71. Hab. in Hispania, Lusitania et Barbaria. An ab E. amethyst. satis diversum?

19. *lateriflorum*, fol. lanceolatis nervosis integerrimis, caul. ramisque flexuosis, capit. lateralib. sessilibus echinatis. Lam. l. c. p. 756. Gramen orientale spicatum, etc. Tournef. cor. p. 39. Cenchrus frutescens. Lin.? Hab. in Oriente. Species omnium valde singularis. Caul. flexuosus, sursum ramosissimus.

20. *virgatum*, fol. ovatis inciso dentatis remotissimis, caul. virgato tenui apice corymboso. Lam. l. c. Hab. . . Caul. gracilis. Fol. fere ut in V. Teucrium. Paleae breves 3-dentatae. L.

21. *Galioides*, minutum, fol. sessilibus digitatis spinosis minimis, caul. debili dichotomo, capit. sessilibus. Lam. l. c. Moris. hist. 3. p. 167. n°. 19. In Portugaliae humidis. Galium refert ob fol. quasi verticillata. L.

22. *laxa*, fol. ovatis sparsis, flor. capitatis, ramis laxis cernuis. Lin. suppl. p. 226. Wendl. t. 2. f. 20. Similis P. ericoidi.

23. *stricta*, fol. ovatis hirsutis, flor. capitatis, ramis rigidis. Thunb. prod. 75.

24. *Anthylloides*, fol. ovatis villosis, flor. capitatis hirsutis. Lin. suppl. p. 226. Flor. extus albi, intus lutei.

25. *pentandra*, fol. ovatis hirsutis, spicis ovatis terminalib. Thunb. prod. p. 76.

Obs. Hoc genus Daphnis valde est affine, fructu tamen differt. Ab eo vero Pimeleae nisi staminum numero diversae videntur.

972. LACHNÆA. *Flor.* capitato-conglomerati. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida: limbo inæquali. *Filam.*

longa, situ subæqualia. *Nux* subdrupacea.

1. *Eriocephala*, capitulis solitariis lanatis, foliis quadrifariam imbricatis. L. Willd. p. 434. Andrew. t. 104. Lam. ill. gen. t. 202. f. 3. Thunb. prod. 75. sub Passerina. Hab. in Aethiopia et Cap. b spei, cum sequentib. Capitula cincta lana candida, bracteisque membranaceis.

2. *conglomerata*, capitulis confertis, fol. laxis. L. *phylicoides*, foliis lineari-subulatis glabris laxe imbricatis, capitul. parvis confertis tomentoso-albis. Lam. enc. 3. p. 374. ill. gen. t. 202. f. 2.

3. *buxifolia*, fol. ovalibus sessilib. glaberrimis, flor. capitatis tomentoso-lanatis. Lam. l. c. p. 373. ill. t. 202. f. 1. Gnidia filamentosa. Lin. suppl. p. 224.

D I G Y N I A.

973. GALENIA. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Caps.* subrotunda, 2-sperma.

1. *africana*, erecta fruticosa, fol. linearibus subcarnosis. Lin. suppl. p. 227. Willd. Sp. II. p. 436. Lam. ill. t. 314. Hab. in Africa. Flor. sessiles, pallidi, minuti, in panicula dichotoma.

2. *procumbens*, procumbens, fol. ovatis canaliculatis apice patulo recurvato. Lin. suppl. l. c. Thunb. prodr. p. 77. Hab. ad Cap. b. spei.

974. WEINMANNIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* 2-locularis, birostris.

* *Foliis compositis.*

1. *glabra*, fol. pinnatis, foliol. obovatis crenatis laevibus. Lin. fil. suppl. Lam. ill. gen. t. 313. f. 1. W. pinnata. L. Sp. pl. 515. Hab. in Jamaica. Fol. pinnata, petiolo communi alato, articulis subovatis. Racemi terminales. ♄

2. *trichosperma*, fol. impari pinnatis, petiol. communi alato: articulis quadrangularib., racem. axillarib. Cav. ic. 6. p. 45. t. 567. Hab. in San Carlos de Chilae.

3. *hirta*, fol. pinnatis, foliolis ovatis serrato-crenatis, subtus racemisque hirsutis. Swartz. Fl. ind. occ. 2. p. 691. Hab. in altis montibus Jamaicae australis. Articuli petioli communis subcordati. ♄

4. *tomentosa*, foliis pinnatis, foliolis ovatis integerrimis subtus tomentosis, stipulis caducis. Lin. suppl. p. 227. Hab. in N. Granada. Arb. valde ramosa. Petiol. communis articulis obovatis. Racemi versus apicem densissimi, quasi spicae.

5. *trifoliata*, fol. ternatis, foliol. elliptice lanceolatis serratis glaberrimis, panic. compositis. Lin. suppl. p. 227. Lam. ill. t. 313. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei.

** *Foliis simplicibus.*

6. *racemosa*, fol. simplicibus obovato-ellipticis obtusis dentatis, racemis glabris. Willd. p. 438. Stipulae nullae. Lin. suppl. p. 227. Hab. in N. Zeelandia.

7. *parviflora*, fol. simplicib. ovatis serratis subsessilibus, racemis terminalibus ternis quinisve. Forst. Hab. in ins. Taheiti.

8. *ovata*, fol. simplicib. ovatis crenato dentatis, flor. racemosis. Cav. l. c. p. 45. t. 566. Hab. in fossis in Peruv. Arb. 18-pedalis. Germ. auctum disco 8-glanduloso, uti in praecedente. C.

9. *paniculata*, fol. simplicib. lanceolatis serratis, flor. paniculatis. Cav. ic. 6. p. 44. t. 565. Hab. in R. Chilensi ad littora. Arboresc. Flor. nonnulli 5-petali, trigyni. C.

975. CODIA. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala. *Receptaculum* commune involucratum. *Involucrum* 4-phyllum.

1. *montana*, montana. Lin. suppl. 288. Forst. gen. n°. 30. Lam. ill. t. 314. Hab. in N. Caledonia. Fol. opposita elliptica. Capitula globosa, ♄

976. MOEHRINGIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* 1-locularis, 4-valvis.

1. *muscosa*. L. Lam. ill. t. 314. Alsine, fol. linearibus connatis. Hall. Scheuch. alp. 503. t. 6. Pluck. alm. 13. t. 75. f. 1. Hab. in alpibus et montosis in sylvis muscosis et ad fontes et scaturigines. ♃

β. *sedoides*, seu dasiphylla, fol. brevioribus, crassioribus, caul. elongato nudo? — Balbis Miscell. bot. p. 20. t. 5. Hab. prope Turin ad rupes, locis siccis. An distincta species? Sedum dasyphyllum referre dicitur.

Polygoneæ. Stamina calyci s. corol. calycinae insident, definita. Fructus s.

semen unicum, nudum aut calyce tectum, cujus embryo perispermo farinaceo est immersus. Fol. alterna, vagina stipulari distincta. Caul. plerisque herbaceus, etiam arborescens. Praeter sequentia 3 genera huc etiam pertinent Rumex, Rheum, Astraphaxis et Eriogonum?

TRIGYNIA.

977. POLYGONUM. *Cal.* o. *Cor.* 5-partita, calycina. *Sem.* 1, angulatum, tectum. (Stam. et styli numero incerti.)

**Atraphaxoides caule frutescente, flor. racemosis.*

1. *frutescens*, caule fruticoso, foliis lanceolatis utrinque attenuatis, ochrea lanceolata internodiis breviore, petalis binis exterioribus minoribus reflexis. Willd. Sp. II. p. 440. P. caule fruticoso, calycinis foliolis duobus reflexis. L. Gmel. sib. 3. p. 68. t. 12. f. 2. Lam. ill. t. 315. f. 2. Hab. in Sibiria, Dauria. ♄

2. *grandiflorum*, caule fruticoso, fol. ovato-oblongis acutis, ochrea lanceolata internodiorum longitudine, pet. aequalib. erectis. Willd. Hab. in Oriente. Facie Polygalae Chamaebuxi. Flor. axillares pedunculati maximi hujus generis, Myrti communis fere magnitudine. W.

3. *polygamum*, caul. ramosissimo, fol. spathulatis, cor. obovatis patentib., ochreis integris. Vent. Hort. Cels. p. 63. t. 63 Polygonella parvifolia. Michaux. Flor. 2. p. 240. Hab. in Carol. aridis. Flor. racemosi polygami. V., spicati dioici. M. ♄

*** Flor. axillaribus.*

4. *maritimum*, flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovali-lanceolatis sempervirentibus, caule suffrutescente. Hab. in littoribus. ♄

* *littorale*, fol. crassis succulentis, caul. minus ramoso. Link in Schrad. bot. Journ. 1800. p. 54. P. marinum. Roj. Syn. p. 147. exc. synon. Smith. brit. 1. p. 429.

5. *aviculare*, caul. decumbente, herbaceo, flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, margine scabris, stipul. nervis remotis. Smith. brit. p. 429. Lam. ill. t. 325. f. 1. P. caul. procumbente herbaceo. L. Hab. in cultis ruderatis ad vias. Var. fol. latis. et caul. erecto: P. *erectum*. Roth. germ. II. p. 458.

* *monspeliense*, erectum, fol. ellipticis crenulatis, caul. erecto, stipulis scariosis incisis. Hab. Monspelii. Thiebaud. Distincta species videtur.

6. *arenarium*, flor. 8-andris trigynis, spicis terminalib. aphyllis, fol. lanceolato-linearibus, caulibus angulatis declinatis herbaceis. Plant. rar. Hungar. p. 69. t. 67. Cresc. in arena mobili in Hongaria. Cal. corollinus magnus, primo purpureus, dein albo-rubellus, tandem atrosanguineus. P. avicul. affin. l. c.

7. *ramosissimum*, flor. triandris, trigynis, caulib. strictis ramosissimis striatis, stipul. abbreviatis margine laceris, fol. lanceolatis. Michaux. Flor. 1. p. 238. Hab. in regione Illinoensi. Facie P. avicularis.

8. *tenue*, pumilum, caul. gracili ramoso acutangulo, fol. longis linearibus strictis acuminatis, stipul. tubulosis apice villosis, flor. alternis subsolitariis. Mich. p. 238. Hab. in Canada. Stip. castaneae.

9. *Bellardi*, erectum, flor. axillaribus octandris trigynis, fol. elliptico-lanceolatis, vaginis ciliatis. Allion. pedem. n°. 2052. t. 90. f. 2. Hab. in agro Pedemontano, in Gallia et prope Lisbon.

10. *setosum*, flor. octandris trigynis, axillaribus, fol. subulato-linearib., stipulis setaceo-laceris, caul. subfruticosis. Jacq. obs. bot. 3. p. 8. t. 57. Hab. in Armenia. ♃

11. *erectum*, flor. octandris trigynis axillaribus, fol. ovalibus, caul. erecto herbaceo. L. Hab. in Philadelphia. ☉

**** Flor. spicatis, spicis teretibus.*

12. *Bistorta*, caule simplicissimo monostachyo, fol. ovatis in petiolum decurrentibus. L. Flor. Dan. Engl. bot. t. 509. Hab. in montibus et pratis humidis. ♃

13. *viviparum*, caule simplicissimo monostachyo, fol. lanceolatis, margine revolutis. Smith. brit. 1. p. 428. Flor. dan. t. 13. P. fol. nervosis, radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis linearibus. Hall. helv. n°. 1558. Pluck. t. 151. f. 2. Hab. in subalpinis, pascuis duris.

14. *lapathifolium* (*pallens*), floribus hexandris digynis, stipulis muticis, pedunc. scabris, seminibus utrinque concavis. Ait. Kew. 2. p. 30. P. pensylvanicum. Curt. lond. ic. P. scabrum. Moench. meth. Hab. promiscue cum sequente, pro cujus varietate utplurimum habetur, spica pallida et pedunc. scabris distinctum. ♃

* *nodosum*, caul. elongato maculato ad geniculos nodoso, vaginis nudis, fol. ovato-lanceolatis, spica ramosa. Hab. in humidis, in ruderatis rarius. Caul. 3-pedalis, unc. 1. crassus. Fol. margine et ad petiolos scabra. An a Persicaria specie diversum?

15. *Persicaria*, flor. hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, fol. lanceolatis, pedunc. laevibus, stipul. ciliatis. L. Flor. dan. t. 702. Curt. lond. ic. Hab. in humidis et ad vias. Flor. rubri. Var. fol. viridibus et nigro-maculatis.

β. *incanum*, flor. hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, fol. oblongo-lanceolatis subtus pubescentibus. Willd. Schmidt. bohem. n°. 391. P. tomentosum. Schrank. bav. 1. p. 669. t. 3. 669. Pet. H. Brit. t. 3. f. 8. Hab. in agris.

16. *minus*, flor. hexandris submonogynis, fol. lineari-lanceolatis planis, spic. erectiusculis, caul. basi repente. Ait. Kew. 2. p. 31. Curt. lond. ic. P. *angustifolium*. Roth. germ. II. p. 453. P. strictum. Allion. ped. n°. 2051. t. 67. f. 1. Moris. s. 3. t. 29. f. 5. Hab. in agris et pascuis. Spica rubra.

17. *amphibium*, flor. pentandris semidigynis, spica ovata. Flor. dan. t. 282. Engl. bot. t. 436. α. *natans*, fol. ellipticis natantibus. β. *terrestre*, fol. hirsutis lanceolato-acuminatis. Hab. in stagnis. β. in humidis rarius florens. ♃

18. *Hydropiper*, flor. hexandris semidigynis, fol. lanceolatis undulatis, spic. filiformib. nutantibus, caul. erecto, stipulis submuticis. Blackw. t. 119. Curt. Lond. ic. Hab. in subhumidis ad fossas, gregarie.

19. *mite*, flor. 8-andris semitrigynis, fol. anguste lanceolatis hirsutis, stipul. hirsuto-ciliatis, spic. linearib., bract. ciliatis subimbricatis. P. *Hydropiperoides*. Mich. Flor. 1. p. 239. Hab. in Amer. boreali. Facie antecedentis, non *acre*. Flor. purpurascentes. M.

20. *hirsutum*, flor. 8-andris semitrigynis, fol. lanceolatis, pedunc. elongato distachyo, spic. linearibus, caul. adscendente hirsuto. Michaux. l. c. Hab. in Carol. inferior. herbosis udis.

21. *ocreatum*, flor. pentandris trigynis, fol. lanceolatis. L. Persicaria spicis longis copiosissimis, fol. ex lineari lanceolatis, vaginis debilibus. Gmel. sib. 3. p. 51. n°. 39. t. 8. Hab. in Sibiria. Vaginae integrae, ventricosae, ampliores caule. Folia revoluta. L.

22. *filiforme*, flor. pentandris digynis, spicis filiformibus, fol. ovatis, stipulis ciliatis. Thunb. jap. 163. Hab. in Japonia. Caul. lineis elevatis obsoletis, villosus, pilis adpressis, ferrugineus. Stipulae intrafoliaceae inflatae.

23. *glabrum*, flor. hexandris digynis, spicis virgatis, ochreis truncatis nudis, fol. lanceolatis acuminatis glabris. Willd. p. 447. Hab. in Ind. orientali. A sequente distinctum; fol. lanceolatis valde acuminatis glabris. Var., stam. A P. filiformi fol. longioribus triuncialibus. W.

24. *barbatum*, flor. hexandris trigynis, spicis virgatis, ochreis truncatis setaceo-ciliatis, fol. oblongis acutis glabriusculis. Willd. Sloan. jam. 48. hist. 1. p. 17. t. 3. f. 1. Rheed. 12. t. 77. Hab. in China. Caul. rufus.

25. *tinctorum*, flor. hexandris trigynis, spic. virgatis, stipul. glabris truncatis ciliatis, fol. ovatis acutiusculis glabris. Ait. 2. p. 51. Willd. p. 445. Hab. in China. Flos ruberrimus. Spic. longae, ramosae.

26. *virginianum*, fol. ovalibus, spic. longissimis, flor. remotis inaequalibus 5-andris digynis. Michaux. Flor. 1. p. 258. Willd. Sp. II. p. 442. Hab. in Amer. bor. sylv. umbrosis. Flor. pallidi. Styl. prolongatus, recurvus, persistens. ♃

27. *australe*, fol. lanceolato-linearib., stipulis longo-barbatis, spica filiformi, flor. approximatis. Hab. in N. Hollandia. Née. (Ex herb. Thiebaud.) Bract. deltoideae, ciliato-aculeaeae.

28. *tomentosum*, flor. hexandris trigynis, spicis virgatis, ochreis truncatis hispidis setaceo-ciliatis, fol. ovatis acuminatis utrinque incano-tomentosis. W. Houttuyn Syst. t. 49. f. 1. Pluck. alm. 288. t. 210. f. 7. Hab. in Zeylona. Var. β. Fol. inferiora utrinque scabra, nec albicantia tomentosa.

29. *orientale*, flor. heptandris digynis, fol. ovatis, caule erecto, stipulis hirtis hypocrateriformibus. L. Curt. mag. t. 213. Hab. sponte in Oriente et India. In hortis ornamenti causa colitur. Omnium specierum facile altissimum, flor. rubris, passim albis, pulchris distinctum.

30. *pensylvanicum*, flor. octandris digynis, pedunc. hispidis, fol. lanceolatis, stipulis muticis. L. Sp. pl. p. 519. Pedunc. scabri, setis rigidiusculis apice gluten secernentibus. Spicae subracemosae flosculis pedicellatis. L.

*** *Flor. paniculato-racemosis, fol. linearibus aut ovatis nec basi excisis.*

31. *articulatum*, fol. octandris trigynis, spic. articulatis paniculatis, stipul. vaginalibus truncatis integris, fol. linearibus. L. Willd. p. 450. Hab. in Canada. Spicae filiformes, imbricatae bract. turbinatis, panicul. terminant. L.

32. *divaricatum*, flor. octandris trigynis racemoso-paniculatis, fol. lanceolatis laevibus, caule divaricato patulo glabro. Willd. p. 451. Buxb. cent. 2. p. 31. t. 31. Hab. in Sibiria.

33. *alpinum*, flor. octandris trigynis racemoso-paniculatis, fol. ovato-lanceolatis glabris margine ciliatis, caule ramoso, geniculis barbatis. Willd. p. 451. Allion. pedem. t. 68. f. 1. Boc. mus. 2. t. 27. Hab. in alpibus, et in insula Corsica. ♃

34. *undulatum*, flor. octandris trigynis racemoso-paniculatis, fol. lanceolatis undulatis superne scabris, subtus pubescentibus, caule ramoso inferne pubescente, geniculis ciliatis. Willd. Murr. in Comm. goett. 1774. p. 34. t. 5. P. sibiricum. Lin. suppl. p. 228. Gmel. sib. 3. p. 56. t. 10. Hab. saxosis humidiusculis in Sibiria. ♃

35. *sericeum*, flor. octandris trigynis racemosis, fol. ovatis incano-pubescentibus, caule decumbente. Willd. Pall. it. ed. min. 3. p. 233. P. flor. pedunculatis in spicis laxissimis. Gmel. sib. 3. p. 58. t. 9. f. 2. Hab. in Sibiria ad lacum Baical. ♃

36. *serratum*, fol. crenatis. L. Hab. in Mauritania. †

**** *Helxine fol. subcordatis, s. basi excisis.*

37. *corymbosum*, flor. octandris trigynis, pedunc. glanduloso-pilosis, fol. oblongo-lanceolatis subsessilibus, bracteis membranaceis ciliatis. Willd. p. 452. Hab. in Java. Sequenti affine.

38. *chinense*, flor. octandris trigynis, pedunc. scabris, foliis petiolatis ovatis, bracteis s. fol. summis cordatis. L. Burm. ind. 90. t. 30. f. 3. Hab. in India, China. Fol. ovato-cordata.

39. *sagittatum*, fol. sagittatis, caule aculeato. Gmel. sib. 3. p. 65. t. 13. f. 2. Flor. capitatis 8-andris. Michaux. 1. p. 241. Hort. cliff. 151. t. 12. Hab. in Virginiae, Marilandiae et Carol. madidis.

40. *arifolium*, fol. hastatis, caule retrorsum aculeato. L. Pluck. amalth. 67. t. 398. f. 3. Hab. in Virginiae, Floridae et Carolinae montib. Flor. 6-andri, semidigyni.

41. *acetosaefolium*, flor. 8-andris trigynis, fol. hastato-lanceolatis crassiusculis, caul. laevi volubili, fructu subbaccato. Vent. Hort. cels. p. 88. t. 88. Coccoloba sagittifolia. Ortega Dec. p. 60. Hab. in Brasilia. ♄

42. *crassifolium*, fol. hastatis, inferioribus ovatis, reliquis lineari-lanceolatis, caule decumbente glabro. Willd. Murr. Comment. goett. 1774. p. 37. t. 6. Hab. in Sibiria locis apricis.

43. *perfoliatum*, fol. triangularibus, caule retrorsum aculeato, stipulis perfoliato-foliosis patentibus subrotundis. Burm. ind. 90. t. 31. f. 2. Lam. ill. t. 315. f. 3. Hab. in India. Pedunc. pauciflori, aculeati.

44. *tataricum*, fol. cordato-sagittatis, caule inermi erecto, seminib. subdentatis. L. Gmel. sib. 3. p. 64. t. 13. f. 1. Hab. in Tataria. ⊙

45. *emarginatum*, fol. cordato-sagittatis, caule erecto inermi, seminibus apice truncatis emarginatis, alis cartilagineis Roth. Catal. bot. 1. p. 48. Hab. in China. ⊙

46. *Fagopyrum*, fol. cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus. L. Mart. Flor. rust. t. 46. Hab. in Asia, nunc ut frumentum quibusdam in arenosis regionibus colitur. ⊙

47. *Convolvulus*, fol. cordato-hastatis, caule volubili angulato, flor. obtusatis. L. Flor. dan. t. 744. Curt. Lond. ic. Hab. in Europae et Amer. agris. Anth. violaceae.

48. *cilinode*, subpubescens, caul. angulato debili, stipulis subacutis basi ciliatis, fol. cordatis, fructib. apteris. Mich. Flor. 1. p. 241. Hab. in Canada. Priori affine.

49. *dumetorum*, fol. cordatis, caule volubili laevi, flor. carinato-alatis. L. Flor. dan. t. 759. Hab. in Europae sylvis, frutices scandens. Anth. albae.

50. *scandens*, fol. cordatis, caule volubili, flor. carinatis. L. Pluck. alm. 143. t. 177. f. 7. Sloan. jam. 46. hist. 1. p. 138. t. 90. f. 1. Hab. in Americae sylvis. Flor. 8-andri, trigyni, cal. fruct. majusculi, tripteri. Mich. ♃

51. *multiflorum*, fol. cordatis, caule volubili, angulato, florum panicula ramosa, Thunb. jap. 169. P. chinense. Houttuyn. Syst. 6. t. 49. f. 3. Hab. in Japonia. ♃

978. BRUNICHIA. *Cal.* 1-phyllus, demum coriaceus, angulatus, 5-fidus: lacin. revolutis. *Cor.* 0. *Caps.* supera, 1-locularis, 1-sperma. *Sem.* inversum lobatum. (Stam. 8-10.)

1. *cirrhosa*, caul. scandente, fol. cordato-sagittatis. Gaertn. de fr. et sem. 1. p. 214. t. 45. f. 2. Hab. in Bahama. Col. in H. P. Cal. inferne ventricosus et elongatus in pedunc. planum, arcuatum, basi attenuatum. G.

979. COCCOLOBA. *Cal.* 5-partitus, coloratus, demum baccatus. *Cor.* 0. *Bacca* calycina, monosperma.

1. *uvifera*, foliis cordato-subrotundis nitidis. L. Willd. Sp. II. p. 457. Jacq. amer. 112. t. 73. Lam. ill. t. 316. f. 2. Catesb. car. 2. p. 96. t. 96.

β. *leoganensis*, fol. subrotundis integerrimis nitidis planis, racemis fructuum erectis. Jacq. amer. 113. t. 178. f. 33. Hab. in America. Arb. magna, pulchra.

2. *latifolia*, fol. integris latissimis basi coarctatis. Enc. bot. 6. p. 61. Lam. ill. t. 316. f. 4. Ex Amer. meridion. Priori affinis. Fol. tenuiora, membranacea fere, cordato-orbiculata.

3. *australis*, fol. cordato-ovatis acutis, flor. polygamis. Forst. prod. n°. 176. Hab. in N. Zeelandia. ♄

4. *pubescens*, fol. orbiculatis pubescentibus. L. Sp. pl. 523. Mill. dict. n°. 2. C. *grandifolia*, fol. subrotundis integerrimis rugosis. Jacq. amer. 113. Pluck. phyt. 222. f. 8. Hab. in America. Arbor praealta, a 60-80 ped. Lignum durissimum. Fol. maxima, rugosa, subtus pubescentia.

5. *diversifolia*, fol. ramusculorum ovatis, ramorum ovato-cordatis. Jacq. amer. 114. t. 76. Hab. in Domingo. Arbusc. 10-12-pedalis.

6. *flavescens*, fol. ellipticis obtusis mucronatis, basi coadatis. Willd. p. 458. Jacq. amer. 114. t. 75. Hab. in Domingo. Magnitudine prioris.

7. *excoriata*, fol. oblongo-ovatis acutiusculis basi cordatis, racemis pendulis. Plum. ic. 146. f. 1. Hab. in America. ♄

β. fol. breviorib. ovato-subacutis, racemis praelongis pendulis. Poir. enc. 6. p. 62. Hab. in Porto-Ricco. Ledru.

8. *nivea*, fol. oblongis acuminatis venosis, supra nitidis, racemis erectiusculis. Swartz. Flor. ind. occid. 2. p. 693. Hab. in montosis aridis Jamaicae. Arb. 20-pedalis.

9. *punctata*, fol. lanceolato-ovatis. L. Jacq. Am. Ed. pict. t. 114. Hab. in Amer. Racem. breves, recti.

10. *obtusifolia*, fol. oblongis obtusissimis. Jacq. amer. 117. t. 74. Hab. in Carthagena. ♄

11. *microstachya*, fol. ovatis obtusis glaberrimis, racemis nutantibus Hab. in India occidentali. Rami cinerei. Fol. petiolata, fere sesquiuncialia. Racemi brevissimi. W. ♄

12. *emarginata*, fol. coriaceis subrotundis exciso-emarginatis. L. Jacq. obs. 1. p. 181 t. h. Hab. in America calidiore. Fructificatio? ♄

13. *barbadensis*, fol. cordato-ovatis undulatis. L. Jacq. obs. 1. t. 8. Hab. in Barbados. ♄

14. *tenuifolia*, fol. ovatis membranaceis. Lam. ill. t. 14. f. 3. Brown. jam. 210. f. 3. In Jamaica. ♄

980. PAULLINIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 4-phyllum, inæquale. *Caps.* turbinata, trigona, 3-locularis: loculis monospermis. *Receptac.* centrale. *Sem.* ad dimium arillata. (Fol. ternata aut pinnata.)

* *Caps. pyriformibus: valv. nudis aut carinato-alatis.*

1. *Cururu*, capsulis pyriformib. obtusis, foliis ternatis, foliolis oblongis dentato-serratis subacuminatis, petiolis alatis. Schumacher in Act. Hist. Nat. Haf. 3. p. 2. t. 121. Willd. p. 460. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 61. f. 4. Cururu. Plum. gen. 34. ic. 111. f. 2. Hab. in America calidiore. Caul. glaber subangulatus. ♄

2. *pinnata*, caps. pyriformibus tricornibus, fol. pinnatis, foliolis oblongis obtuse serratis acuminatis, petiolis marginatis. Schumacher. l. c. p. 121. Lam. ill. t. 318. f. 2. Jacq. l. c. t. 62. f. 12. Hab. in Brasilia, in Antilles.

** *Capsulis ovatis.*

3. *Meliaefolia*, fol. pinnatis: foliol. trijugis subsessilibus lanceolatis remote

dentatis, subtus pubescentib., fruct. alis apice prominulis. Juss. in Annal. d. Museum. Cah. 23. p. 357. t. 66. f. 2. Hab. in Brasilia. Caul. scandens. ♄

4. *Thalictrifolia*, fol. subtripinnatis summis simplicibus, foliol. ovatis parvis integris aut subdentatis, caps. trialata. Juss. l. c. t. 66. f. 1. Cum priore. Petiol. communis et caul. subtomentosus. Pedunc. spiralis. ♄

5. *acutangula*, fol. pinnato quinatis: foliol. oblongo-ovatis acuminatis dentato-serratis, caps. obovatis triangulo-alatis. Ruiz et Pavon. l. c. p. 93. Sub *Semarillaria* uti sequens, cum qua iisdem in locis crescit.

6. *obovata*, fol. pinnato-quinatis, foliolis lanceolatis serratis, caps. obovatis. Ruiz et Pavon syst. Pl. Flor. Peruv. et Chil. p. 93. Hab. in Peruv. nemoribus. Scandens. ♄

7. *tetragona*, caps. tricarinatis tricornibus, fol. pinnatis, foliolis ovatis subserratis acutis glabris, petiolis nudis. Schumacher. Act. Hist. Nat. Haf. 3. p. 2. t. 122. Aubl. guj. 1. p. 355. Hab. in Cajenna. Caul. 4-gonus. Antecedenti affinis.

8. *Vespertilio*, caps. alatis, alis horizontalibus, fol. pinnatis, foliolis ovatis apice inciso-serratis, petiolis nudis. Schumacher. Act. Hist. Nat. Haf. 3. p. 122. t. 11. f. 1. Hab. in insula St. Cristophori Americes. Caul. vix angulosus, laevis.

9. *curassavica*, caps. valvulis semiobcordatis, fol. biternatis, foliolis crenatis ovalibus imparibus ovato-cuneatis, petiolo intermedio marginato. l. c. p. 123. t. 11. f. 2. Jacq. t. 61. f. 8. Plum. gen. 34. ic. 111. f. 1. Hab. in Curassao. Caulis sulcatus, angulis villosis ferrugineis. Sch. ♄

10. *barbadensis*, caps. valvulis semiovatis villosiusculis, fol. biternatis, foliolis ovalibus integerrimis serratisque coriaceis, petiolis submarginatis. Schum. p. 123. Jacq. t. 62. f. 9. Hab. in Barbados. ♄

11. *polyphylla*, caps. valvulis capsularum semiobovatis, fol. supradecompositis, foliolis ovato-cuneatis, apice crenatis supra glabris subtus petiolisque villosis. Schum. l. c. p. 124. Willd. p. 461. Jacq. l. c. t. 61. f. 10. Hab. in Amer. australiore. Cirrh. axillaris. ♄

12. *tomentosa*, fol. pinnatis: foliolis ovato-rhombeis repandis obtusis capsulisque tomentosis, petiol. marginatis. Schum. l. c. p. 121. Jacq. obs. t. 61. f. 13. Hab. in Amer. Fol. ovato-oblonga, remote-crenata.

13. *senegalensis*, caps. ovatis, fol. pinnatis: foliol. sessilibus ovatis remote crenatis, impari majore: petiol. marginatis, caul. angulato subtomentoso. Juss.

14. *sphaerocarpa*, fol. pinnatis: foliol. subsessilibus ovatis glabris remote crenatis acumine obtuso, petiolo nudo, caul. tereti. Juss. l. c. Hab. in Guinea. Rich.

15. *subrotunda*, fol. pinnato-quinatis: foliol. oblongis superne serratis, caps. subrotundis. Ruiz et Pavon syst. l. c. p. 92. (Semarillaria.) Hab. in Peruv. nemoribus. Frut. scandens. Arillus edulis.

**** Fructibus ignotis.* †

16. *nodosa*, fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. medio obovato. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 62. f. 3. Willd. p. 460. Hab. in America.

17. *carthagenensis*, foliis biternatis, petiol. omnibus marginatis, caul. inermi. Jacq. l. c. t. 62. f. 6. Hab. Carthagenae in Amer. ♄

18. *caribaea*, fol. biternatis, petiol. omnibus marginatis, ramis aculeatis. Jacq. l. c. t. 62. f. 7. Hab. in Caribaeis.

Obs. Ob ramos aculeatos et petiolos secundum ill. Jussieu *Sapindis* minus affinis species est, sed uti et sequens alia ad genera forte amadanda.

19. *cauliflora*, fol. pinnatis, pinnula infima ternata, petiolo ad apicem marginato, basi nudo, flor. corymboso-capitatis axillaribus et terminalibus. Willd. p. 463. Jacq. ic. rar. 3. t. 450. Collect. 4. p. 176. Hab. in America ad Caracas.

20. *japonica*, foliis quinato-pinnatis petiolulatis marginatis, caule herbaceo inermi. Thunb. jap. 170. Hab. in Japonia. Foliola infima ovata subsessilia inciso-bifida vel trifida, pollicaria. Th. ♃

21. *diversifolia*, fol. supradecompositis, petiolis marginatis: infimis pinnatis reliquis ternatis. Jacq. l. c. t. 62. f. 14. Hab. in America. ♄

22. *Cupanaefolia*, fol. pinnatis: foliol. bijugis sessilibus ovato-oblongis remote crenatis glaberrimis, pedunc. cirrhosis. Juss. l. c. Hab. in sylv. Gujanae. Rich.

23. *connarifolia*, fol. pinnatis: foliol. bijugis sessilibus coriaceis ramisque ferrugineis, petiol. nudis, pedunc. acirrhosis. Juss. Cum priore.

24. *fibulata*, fol. pinnatis: foliol. breve petiolatis ovatis subcoriaceis subdenticulatis ferrugineis inferne subtomentosis, pedunc. cirris incrassatis fibuliformibus floriferis. Juss. Hab. in sylvat. ad ripas in Guiana. Rami ferruginei.

25. *rufescens*, foliol. bijugis subpetiolatis ovato-lanceolatis remote crenatis subtus tomentoso-ferrugineis, supra nigrovirentibus, petiol. nudis, ramis subangulatis ferrugineis. Juss. l. c. Cresc. ubi antecedens. Pedunc. cirrhosi aut acirrhosi. J.

26. *Ingaefolia*, fol. magnis pinnato-3-jugis: foliolis atro-virentibus obtuse acuminatis, petiol. basi nudo, ultra marginatis, ram. striatis punctato-scabris. Juss. l. c. p. 350. Hab. in Guianae sylvis, flumin. Amazonio conterminis. Pedunc. nunc ramoso-paniculati, nunc simplices ultra medium cirrhosi et floriferi. J.

981. SERIANA. *Cal.* 5-pyhllus. *Petala* 4. Nectar. 4-phyllum. *Samaræ* 3, longitudinaliter connatæ, globosæ, inferne in alam membranaceam dilatatae.

1. *sinuata*, alis capsular. postice dilatatis, fol. ternatis, foliolis ovato-lanceolatis dentato-sinuatis. Schum. in Act. Haf. 3. p. 2. p. 126. t. 12. f. 1. Willd. p. 467. Paullinia Seriana. L. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 61. f. 2. Lam. ill. t. 318. f. 1. Hab. in America calidiore. ♄

2. *divaricata*, fol. biternatis, foliolis ovatis integerrimis subacutis lucidis petiolatis, petiolis nudis. Schum. l. c. t. 11. f. 2. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 656. sub Paullinia. Hab. in sylvis Jamaicae. ♄

3. *caracasana*, alis caps. postice rotundatis, foliis biternatis, foliolis oblongis utrinque acutis remotissime dentatis, petiolis nudis. Willd. p. 465. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 52. t. 99. sub Paullinia. Hab. ad Caracas. ♄

4. *racemosa*, alis caps. postice dilatatis antice subsinuatis, fol. biternatis, foliolis ovatis profunde serratis. Schum. p. 127. t. 12. f. 3. Hab. in Vera Cruce. ♄

5. *spectabilis*, alis caps. postice dilatatis, fol. biternatis, foliol. obovatis terminalibus retusis, petiolis alatis. Schum. t. 12. f. 4. Hab. in America. Foliola integerrima; terminale emarginatum. W.

6. *mexicana*, foliis biternatis, foliolis obovatis integerrimis omnibus emarginatis, petiolis alatis, racemis compositis. Willd. Schum. t. 11. f. 3. Paulinia fol. ternato-decompositis, caule aculeato. L. Hort. cliff. 152. Hab. in Mexico. Fruct. ignotus. †

7. *angustifolia*, fol. biternatis, foliol. lineari-lanceolatis integerrimis acutis, petiolis alatis. Willd. Paull. mexicana. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 61. f. 5. Plum. gen. 34. ic. 113. f. 1. Hab. in Amer. calidiore. ♄

8. *lupulina*, alis caps. semiovalibus, fol. biternatis crenatis subtus ferrugineis, foliol. terminalibus subrhombeis lateralib. ovatis, petiolis subulatis. Schum. p. 127. t. 12. f. 5. Hab. in America. ♄

9. *lucida*, alis caps. semiovalibus, fol. biternatis, foliol. ovatis acutis serratis petiolis subnudis. Schum. l. c. p. 2. t. 128. Hab. in insula St. Crucis. Fol. apice lucida.

10. *triternata*, fol. triternatis, foliol. ovatis obtusis repandis, petiolis alatis, racemis paniculatis. Willd. p. 466. Paull. L. Mant. 236. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 62. f. 11? Plum. gen. 34. ic. 112. Hab. in Amer., in ins. St. Dominica, ubi ab incolis demominatur. Liane *à porsil*. Ad pisces, eos venenando, capiendos adhibetur.

982. CARDIOSPERMUM. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 4-phyllum, inæquale. *Caps.* 3, connatæ, inflatæ.

1. *Halicacabum*, caule, petiolis, foliolisque inciso-dentatis glabris. Willd. Sp. II. p. 764. Lam. ill. t. 317. Rumph. 6. t. 24. f. 2. Hab. in Indiis. ⊙

2. *hirsutum*, caule petiolisque hirsutis, foliolis dentatis glabris. Willd. Habit. in Guinea. Caul. quadripedalis et ultra scandens. Fol. simpliciter et grosse dentata. W. Simile priori, sed triplo majus. W.

3. *Corindum*. fol. subtus tomentosis. L. C. villosum, fol. incisis obtusis, petiolis brevibus. Mill. dict. n°. 3. Hab. in Brasilia. ⊙

7. *grandiflorum*, foliis pubescentibus, capsulis acuminatis maximis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 698. Hab. in fruticetis sepibusque Jamaicae. ♄

983. SAPINDUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* carnosæ, connatæ, ventricosæ.

1. *Saponaria*, inermis, fol. pinnatis,

foliolis ovato-lanceolatis, rachi alata. Ait. Kew. 2. p. 35. Willd. p. 468. Comm. hort. 1. p. 183. t. 94. Hab. in America juxta littora in Georgia. Michaux. Fruct. glabosi, terebinthinacei. M.

2. *longifolius*, fol. pinnatis, foliolis lanceolatis glabris, unico terminali, rachi simplici. Vahl. symb. 3. p. 53. Hab. in India orientali? ♄

3. *spinosus*, fol. abrupte pinnatis, caule spinosissimo. L. Brown. jam. 207. t. 20 f. 2. Hab. in Jamaica. ♄

4. *laurifolius*, fol. pinnatis, foliolis ovato-oblongis attenuatis glabris, rachi simplici, petalis margine tomentosis. Vahl. symb. 3. p. 54. Rheed. 4. t. 19. Hab. in Malabaria. ♄

5. *emarginatus*, fol. pinnatis, foliolis oblongis emarginatis subtus villosis, rachi simplici, petalis margine tomentosis. Vahl. l. c. Hab. in India orientali. ♄

6. *rubiginosus*, fol. pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis acutis subtus villosis, rachi simplici, petalis glabris. Willd. p. 469. Roxb. corom. 1. p. 45. t. 62. Hab. in montosis circassiensib. Arb. utilis.

7. *tetraphyllus*, fol. pinnatis, foliolis lanceolato-oblongis glabris, rachi simplici, racemis subsimplicibus, petalis glabris. Vahl. l. c. Hab. in India orientali. ♄

8. *rigidus*, fol. pinnatis, foliol. ovato-oblongis, rachi simplici, cor. fructibusque glabris. Vahl. l. c. Gaertn. de sem. 1. p. 341. t. 70. f. 3. Pluck. alm. 255. t. 217. f. 7. Hab. in America. Racemus supradecompositus pedalis. V. ♄

9. *arborescens*, fol. pinnatis, foliolis ovatis acuminatis glabris, panicula axillari simplici. Willd. Aubl. guj. 1. p. 359. t. 139. Hab. in sylvis Gujanae. ♄ †

10. *frutescens*, foliis pinnatis, foliolis alternis lanceolatis acuminatis glabris, panicula axillari simplici. Willd. Aubl. p. 355. t. 138. Hab. in sylvis Gujanae. ♄ †

984. PONAEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* trilocularis, trialata: loculis monospermis.

1. *saponarioides*. Willd. Sp. II p. 470. Toulicia gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 359. t. 140. Lam. ill. t. 317. In sylvis Gujanae. Fol. abrupte pinnata. ♄

985. CORNIDIA. *Cal.* obtuse trigonus, integerrimus, semisuperus, germine accretus. *Cor.* 4-petala. *Styli* divergentes. *Caps.* 3-corniculata, 3-locularis, 3-valvis. *Semina* numerosa.

1. *umbellata*. Ruiz et Pav. syst. veg. Fl. Per. p. 91. Arb. excelsa, fol. oblongis. Cresc. in Peruv. nemoribus.

TETRAGYNIA.

986. PORLIERA. *Cal.* 4-phyllus, aequalis. *Petala* obovata, conniventia. *Squamae* nectariferae s. *Stamina* aequalia, dorso nectarii inserta. *Drupae* 4, connatae. (Guajaco affine genus.)

1. *hygrometra*, fol. abrupte pinnatis: foliol. linearibus. Ruiz et Pavon. Flor. Per. et Chil. prodr. p. 55. t. 9. et syst. vegetab. p. 94. Hab. in Peruv. ruderatis et apricis. Lignum sudorificum et antirheumaticum. Fol. hygrometrio inserviunt.

987. FRANCOA. *Cal.* 4-partitus, persistens. *Cor.* 4-petala. *Stylus* o. *Stigm.* plana. *Caps.* 4, basi connatae, carinatae. *Semina* numerosa, suturis carinarum affixa.

1. *appendiculata*, acaulis, fol. cordatis ovatis obtuse angulatis, petal. foliol. appendiculatis. Cav. ic. 6. p. 77. t. 596. Hab. in ins. San Carlos, etc. Flor. racemosi.

Obs. Auctor putat, quod *Slaupanke* amplissimo sonchi folio. Feuil. Peruv. 2. p. 44. t. 31. alteram hujus generis efficit speciem, qualis planta vero a cl. Willd. Sp. pl. II. p. 487. ad *Panke* Molinae relata est. Panke *tinctoria*. Mol. et Willd. secundum Flor. Peruv. 1. p. 29. *Gunnerae* species est.

988. GALVESIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* sessilia. *Stam.* 4. alternantia breviora. *Corpus* glandulosum sub germine. *Drupae* 4.

1. *punctata*, fol. lanceolatis oblongisque serratis punctato-pellucidis. Ruiz et Pavon syst. veg. l. c. p. 97. Hab. in R. Chilensis nemorib., et stagnatis, etc. Fol. fragrantia, aromatica.

989. CALANCHOE. *Cal.* 4-phyllus.

Cor. hypocrateriformis, 4-fida: lacin. acutis, tubo ventricoso, *Squamæ nectarif.* 4 ad basin germinum lineares. *Capsulæ* 4, superæ, 1-loculares, polyspermæ. (Plantæ succulentæ. Fol. plus minusve incisa. Flor. flavi.)

1. *lanceolata*, foliis lanceolatis apice serratis, panic. villosa. Cotyledon lanceolatum. Vahl. symb. 2. p. 51. Hab. in Arabia.

2. *laciniata*, fol. laciniato-pinnatifidis: summis integris. Decand. Pl. grass. ic. Cotyledon laciniata. Lin. Rumph. 5. t. 95. Hab. in ins. Java, Bourbon et Moluccis.

3. *aegyptiaca*, fol. spathulato-subrotundis concavis. Pl. grass. ic. Cotyl. nudicaulis. L. syst. veg. 14. p. 351. Willd. Sp. pl. II. p. 258. Plukn. Alm. t. 228. f. 3. (mala.) Hab. in Aegypto in monte Melhan. Forsk. Flor. auranti.

* *spathulata*, fol. spathulato-subrotundis crenatis planiusculis. Plant. grass. ic. Cotyl. hybrida. H. Par. Hab. in China? Affinis valde antecedenti.

4. *Verea*, fol. ovatis repando-crenatis, flor. corymboso-paniculatis. Verea crenata. Andrew. i. 21. Verea. Willd. Sp. II. p. 471. Cotyledon crenatum Vent. Malm. t. 49. Hab. in Sierra Leone. Subfruticosa. Cor. flava: ore aurantiaco.

5. *pinnata*, fol. quinato-pinnatis, foliol. obovatis crenatis: crenis filamento-barbatis, flor. longis pendulis. Lam. enc. 2. p. 141. Hab. in ins. Franciae. 3–4-pedalis. Panic. ramosa. Flor. penduli. Fol. crenarum fila radiculas referunt. Lam.

β. *floripendula*, fol. subconcavis crenis nudis. Lam. l. c. Crassuvia floripendia. Commers. Lam. l. c.

6? *alternans*, fol. orbiculato-spathulatis integerrimis. Vahl. symb. 2. p. 51. sub Cotyledon. Hab. in Arabia.

Obs. Nomen *Kalanchoë* jam prius ab Adansonio (Fam. d. Pl. 2. p. 248.) his plantis, erat impositum. Cotylendoni generi, quidem affines, sed praeter stam. numerum etiam cor. forma ab eo discrepant.

990. PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4, angustiora. *Antherae* filam. medio adnexæ. *Bacca* 4-locularis.

1. *quadrifolia*, fol. quaternis. L. Flor. dan. t. 139. Herba Paris. Matth. Hab. in nemoribus. Var. fol. 3–5.

991. ADOXA. *Cal.* 2–3-fidus, inferus. *Cor.* 4-s. 5-fida, supera. *Bacca* 1-locularis, 4-s. 5-sperma, calyce coalita. (Flor. laterales 9–10-andri.)

1. *Moschatellina.* L. Engl. bot. t. 453. Curt. Lond. ic. Lam. ill. t. 320. Hab. in nemoribus. Vere. Flor. virescentes, odorati.

992. ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, depressa, polysperma: dissepimenta suturis opposita.

1. *Hydropiper*, fol. oppositis, flor. alternis. Hoffm. germ. p. 186. Schuhr Handb. t. 109. Vaill. paris. 5. t. 2. f. 2.

β. *triandra*, fol. floribusque oppositis, Hoffm. l. c. Schuhr t. 109. Vaill. l. c. Hab. in inundatis. ⊙

2. *Alsinastrum*, foliis verticillatis. L. Lam. ill. t. 320. f. 1. Hab. in fossis. Facie fere Hippuridis. Fol. emersa quaterna, ovata.

993. HALORAGIS. *Cal.* 4-phyllus, superus. *Petala* 4, caduca. *Drupa* sicca. *Nux* 4-locularis.

1. *Cercodia*, fol. serratis, florib. verticillatis. Ait. Kew. 2. p. 37. Willd. Sp. II. p. 473. H. *Tetragonia*. L'Herit. stirp. nov. 1, p. 82. H. *alata*, fructu quadrialato. Jacq. ic. rar. 1. t. 69. Cercodia erecta. Murray in Comm. goett. 1780. p. 3. t. 1. Lam. enc. 1. p. 682. Ej. ill. gen. t. 319. Tetragonia iraefolia. Lin. suppl. 257. Fol. ovato-lanceolata, venosa. Pedunc. scabri, demum reflectuntur infra folia.

2. *prostrata*, fol. integerrimis, flor. solitariis axillaribus. H. fructib. globosis Forst. prod. n°. 779. L'Herit. stirp. nov. 1. p. 82. Hab. in Botanices insula et in N. Caledonia. Facie Ammanniae. Rami glabri. ♄

MONOGYNIA.

Dais octandra. Richardia scabra. Vaccinia nonnulla. Andromeda octandra, ericoides lycopodioides. Elaeocarpus serratus. Diospyri quaedam. Rivina octandra. Jussieuae plures species. Rutae flor. laterales. Fagara octandra, Elaphrium. Rhizophora Mangle. L. Ammannia sanguinolenta, octandra. Melastomae plures species. Trichilia pallida. Portulaca quadrifida, meridiana. Zygophyllum Morgsana. Cleome juncea. Capparis ferruginea. Monotropa Hypopithys (quoad flor. laterales). Casecariae nonnullae species. Petiveria alliacea. Limonia monophylla. Aesculus Pavia. Quivisia ovata, heterophylla. Samidae quaedam.

DIGYNIA.

Ulmus effusa. Chrysoplenia (flor. lateral.) Polygon. pensylvanicum.

TRIGYNIA.

Hortensia speciosa.

TETRAGYNIA.

Myriophyllum verticillatum. Forskoleae secundum Murray, Willdenow.

PENTAGYNIA.

Sedum pusillum, pulchellum, ternatum. Michaux.

OCTOGYNIA.

Phytolacca octandra.

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

994. LAURUS. *Cal.* 4-6-partitus. *Nectar.* glandulis 3, bisetis, germen cingentibus. *Filam.* interiora quorum 3-alterna sterilia glandulifera. *Drupa* 1-sperma. (Stam. 3, 5, 6, 7, 8 et 14. Flor. passim dioici.)

1. *Cinnamomum*, fol. suboppositis trinerviis ovato-oblongis, nervis versus apicem evanescentibus, panic. terminali. Lam. enc. 3. p. 441. Willd. Sp. II. p. 477. Blackw. t. 354. Burm. zeyl. 62. t. 27. Hab. in Zeylona et in America. Dioica. Arb. 18–24-pedalis.

2. *Cassia*, fol. triplinerviis lanceolatis. L. panic. laxis sublateralibus. Lam. l. c. p. 444. Ej. ill. t. 321. f. 2. Burm. zeyl. 63. t. 28. Blackw. t. 319. Carua-Rheed. 1. t. 57. Hab. in Malabaria, Sumatra, Iava. ♄

β. *Culiban*, fol. triplinerviis suboppositis. Lin. Rumph. 2. t. 14. Lam. l. c.

3. *Malabratum*, fol. suboppositis praelongis utrinque acutis triplinerviis transverse venosis. Lam. p. 445. Katon-Karua. Rheed. 5. t. 53. Malabatrum. Lobel. ic. 308. Hab. in montosis Malabariae. Prima specie altior, cui affinis. Flor. paniculati, termin.

4. *Camphora*, foliis sub-triplinerviis lanceolato-ovatis, panic. latentibus. Lam. p. 446. Jacq. Coll. 4. p. 221. t. 3. f. 2. Blackw. t. 347. Hab. in Japonia. ♄

5. *montana*, fol. triplinerviis ovato-acuminatis perennantibus, flor. racemoso-paniculatis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 700. Hab. in altis montibus Jamaicae australis. Habitu L. Camphorae simillima. S. ♄

6. *Chloroxylon*, foliis trinerviis ovatis coriaceis: nervis apicem attingentibus. L. Brown. jam. 187. t. 7. f. 1. Hab. in Jamaica. ♄

7. *cupularis*, fol. ovatis glabris, panic. sessilibus subterminalib., fruct. glandiformibus cal. cupulari exceptis. Lam. l. c. p. 447. t. 321. Aubl. Guian. 1. p. 363. Hab. in ins. Maurit. et Borbonia. Var. fol. latissimis.

8. *glauca*, fol. nervosis lanceolatis perennantibus, ramulis tuberculatis, flor. solitariis. Thunb. jap. 173. Hab. in Japonia. Folia acumine obtuso, margine reflexo, subtus glauca vel lutea in ramulis sparsi, solitarii. Oleum fructuum pro candelis inservit. Th.

9. *pedunculata*, fol. oppositis nervosis oblongis integerrimis, flor. solitariis pedunculatis. Thunb. jap. 177. Cum priore. Caul. fruticosus. Flor. versus apicem ramulorum sparsi.

10. *caustica*, fol. ovalibus rugosis perennantibus, flor. quadrifidis. Willd. p. 479. Hab. in Chili. Arbor. venenata.

11. *nobilis*, foliis lanceolatis coriaceis subundulatis venosis perennantibus, flor. subquadrifidis dioicis. Hab. in Italia, Hispan. et Oriente. ♄

12. *indica*, fol. venosis lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, flor. racemosis pubescentibus. L. Wendl. obs. bot. p. 21. t. 3. f. 22. Pluck. alm. 210. t. 304. f. 1. Seb. thes. 2. p. 90. t. 84. f. 6. Hab. in Madera, et in Canar. Cal. 6-partitus.

13. *foetens*, fol. venosis ellipticis acutis perennantibus, axillis venarum subtus villosis,

losis, racemis elongatis compositis paniculaeformibus. Ait. Kew. 2. p. 39. L. maderiensis. San. Hab. in ins. Canariis et in Madera. ♄

14. *Persea*, fol. ovatis coriaceis transverse venosis perennantibus, flor. corymbosis. Jacq. obs. 1. p. 38. Swartz. obs. 152. Hab. in America calida. Stam. 6. Fructus magnus pyriformis gratissimus.

15. *Borbonia*, fol. lanceolatis perennantibus, calycib. fructus baccatis. L. excl. synon. Catesb. Borbonia. Plum. gen. 4. Hab. in Carolinia, Virginia. ♄

16. *caroliniensis*, fol. perennantibus ovali-lanceolatis inferne subglaucis, pedunc. simplicib., flor. fasciculo sub-capitato terminatis, cal. lacin. exterioribus duplo brevioribus. Michaux. Flor. 1. p. 243. Catesb. car. 1. p. 63. t. 63. In Carol. et Ludovisia. Bacc. subglobosa, atrocaerulea. Var. ramul. et fol. glabris et pubescentibus.

17. *Catesbaei*, fol. perennantib. lato-lanceolatis ramulisque glabris, panic. brevipedunculatis, cal. subrotati lacin. subaequalibus. Michaux. p. 244. Catesb. 11. t. 28. Frut. 6-9-pedalis. Stam. perfecta 6. Bac. ovata nigra. ♄

18. *martinicensis*, fol. oblongis acuminatis coriaceis perennantibus planis, racemis paniculatis, pedunc. calycibusque tomentosis. Willd. p. 481. Jacq. Collect. 2. p. 109. t. 5. f. 2. Hab. in sylvis Martinicae. Ad L. coriaceam accedere videtur. W.

19. *exaltata*, fol. lanceolato-ovatis subcoriaceis perennantibus planis, flor. racemoso-corymbosis, fructu calyce urceolato glabro semitecto. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 702. Hab. in sylvis montium Jamaicae occidentalis. ♄

20. *alpigena*, fol. ovatis obtusis convexiusculis coriaceis, subtus venosis glaucescentibus, racemis erectis folio longioribus. Swartz. l. c. Hab. in summis montibus Jamaicae australis. ♄

21. *triandra*, foliis lanceolato-ovatis acuminatis membranaceis planis, floribus triandris, fructus calyce fere tecto. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 706. Hab. in montibus Jamaicae occident. Flor. numerosi decidunt steriles. Sw.

22. *sanguinea*, fol. lanceolato-ovatis acuminatis, subtus venoso-reticulatis, racemis terminalib. lateralibusve erectis folio brevioribus, calyce turbinato fructum basi cingente. Swartz. l. c. Nectandra. Rottb. pl. surin. 10. Hab. Surinami. ♄

23. *surinamensis*, fol. lanceolato-ovatis acuminatis, ramis patentissimis, racemis filiformib. lateralib. axillaribusve. Swartz. p. 708. Willd. p. 482. Nectandra bijuna. Hab. in sylvis Gujanae, Surin. etc. ♄

24. *hexandra*, fol. lanceolatis, racemis axillaribus, flor. hexandris. Swartz. l. c. Ajovea gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 311. t. 120. Hab. in sylvis interiorib. Gujanae. ♄

25 *salicifolia*, fol. lanceolatis acuminatis planis perennantibus coriaceis, racemis. Swartz. p. 709. Hab. in India occidentali. ♄

26. *globosa*, fol. ovatis glabris, cym. pedunculatis axillaribus, drupa globosa. Lam. enc. 3. p. 751. Aubl. Gujan. p. 364. Sloan. hist. 2. p. 21. t. 166. f. 1. Hab. in Jamaica, St. Domingo.

27. *coriacea*, fol. ovatis acuminatis planis reticulato-venosis subcoriaceis, racemis erectis fol. brevioribus. Swartz. 5. p. 710. L. parvifolia. Lam. enc. 3. p. 451? Hab. in montib. Jamaicae. ♄

28. *Leucoxylon*, fol. oblongo-lanceolatis planis perennantibus, racemis axillaribus folio brevioribus, cal. fructiferis pedunculisque incrassatis verrucosis. Swartz. 2. p. 711. Hab. in sylvis montium Jamaicae. Cal. tumidus ex albido-verrucosus. Sw. ♄

29. *membranacea*, fol. oblongis acuminatis venosis margine convexis coriaceo-membranaceis, racemis erectis folio brevioribus. Swartz. 2. p. 713. Hab. in montib. excelsis Jamaicae, Hispaniolae. L. Borboniae proxima. ♄

30. *patens*, foliis-oblongis utrinque acuminatis planis membranaceis, racemis erectis folio longioribus, ramisque patentibus diffusis. Swartz. l. c. p. 715. Hab. in Jamaicae montosis. ⊙

31. *parviflora*, foliis oblongo ellipticis acuminatis planis membranaceis, racemis terminalibus axillaribusve folio brevioribus erectis confertis subpaniculatis. Swartz. p. 717. Cum priore cresc. Quoad figuram folior. et racemorum L. Leucoxylo simillima. Sw.

32. *pendula*, fol. oblongis apice brevi attenuato venosis membranaceis subtus glaucescentibus, racemis laxis, fructibus pendulis nudis. Swartz. p. 719. Habit. in sylvis montium Jam. occident.

33. *floribunda*, fol. ovato-lanceolatis planis membranaceis venosis, racemis axillari-terminalibus folio longioribus paniculatis, pedunc. longissimis. Swartz. p. 721. Hab. in sylvis montium Jam. australis. ♄

34. *lucida*, fol. oblongis serratis, ramulis ternis, floribus axillaribus solitariis subsessilibus. Thunb. jap. 174. Hab. in Japonia. ♄.

35. *umbellata*, fol. ovatis serratis, ramulis umbellatis, flor. racemosis. Hab. in Japonia. ♄

36. *aestivalis*, fol. venosis oblongis acuminatis, utrinque glabris, annuis, subtus rugosis, ramis supra axillaribus. L. Mill. dict. n.° 8. Hab. in Virginia ad ripas rivulorum. Frut. 8-10-pedalis. ♄

37. *Diospyrus*, fol. oblongo-ovalibus inferne subtomentosis, flor. glomerato-umbellatis dioicis, pedicell. villosis. L. diospyroides. Michaux. Flor. I. p. 243. L. melissaefolia. Walt.? Hab. in Amer. boreali. Virgata humilis, nudiflora ut plerumque species Amer. frigidioris. M. ♄

38. *geniculata*, ramis divaricatis flexuosis, fol. deciduis lanceolatis, basi subtus barbatis, flor. umbellatis polygamis. Michaux. p. 244. Conf. L. axillaris. Lam. enc. 3. p. 453. Hab. in aquis stagnantibus Carolinae.

39. *Benzoin*, foliis enerviis ovatis utrinque acutis integris annuis, flor. glomeratis lateralib. Comm. hort. 1. p. 189. t. 97. Arbor benzoinum redolens. Pluk. alm. 42. t. 139. f. 3. 4. L. *Pseudo-Benzoin*. Michaux. Fl. p. 243. Hab. in Virginia. ♄

Obs. Succus, odore quidem *Benzoin*, sed hanc resinam non profert, quae forte a Terminali Benzoin provenit.

40. *Sassafras*, fol. deciduis integris trilobisque flor. dioicis. L. Michaux. p. 244. Trew. Ehret. t. 59. 60. Catesb. car. 1. p. 55. t. 55. Amer. boreali. Stam. flor. mas. 9, foem. 6. brevissima. M. Remedium optimum sistit sudorificum, aperiens.

995. ANACARDIUM. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, reflexa. *Anther.* 9., filam. decimo castrato. *Nux* reniformis, supra receptaculum carnosum, s. pedunc. ampliatum pyriforme.

1. *occidentale*. L. Jacq. amer. 124. t. 181. f. 35. Blackw. t. 369. Cassuvium. Lam. ill. t. 322. Rumph. 1. t. 69. Rhed. t. 54. Hab. in Indiis. Fol. simplicia magna. Flor. panicul. Pedunc. spongiosus esculentus. (Pomme d'acajou.)

Obs. Est planta polygama dioica. Filamentum longius in apertis floribus sterile est, in clausis vero Antheram gerit magnam, torosam. Rott.

996. PLEGORHIZA. *Cal.* 0. *Cor.* monopetala. *Caps.* 1-locularis, 1-sperma.

1. *adstringens*. Willd. Sp. II. p. 487. Enc. bot. 5. P. Guajcuru. Molin. chil. Hab. in Chili provinc. borealiorib. Fol. radical. cespitosa. Flor. terminales pedunculati plurimi. Semen unic. oblongum subcompressum. M. ♄

997. CASSYTA. *Cor.* calycina, 6-partita. *Nect.* glandulis 3, truncatis, germen cingentibus. *Filam.* interiora glandulifera. *Drupa* 1-sperma.

1. *filiformis*, filiformis laxa. L. Lam. ill. t. 32. Volutella aphylla. Forsk. desc. 84. Calodium cochinchinense Loureiro. Fl. ed. Wild. 1. p. 303. Rumph. 5. t. 184. f. 4. Herba cuscutae; fructificatio lauri. L.

2. *corniculata*, ramis lignosis spinosis. L. Burm. ind. 93. t. 33. f. 1. Hab. in Celebis montib. inter truncos putridos. Fol. lanceolato-linearia. ♄

998. PALOVEA. *Cal.* duplex: exterior urceolatus, 2-lobus, interior infundibuliformis coriaceus, 4-5-lobus. *Petala* 3? *Legumen.*

1. *gujanensis*. Aubl. 1. p. 365. t. 141. Lam. ill. t. 323. Ginannia Schreb. Gen. p. 231. Hab. in Gujana. Fol. simplicia. Flor. spicati bracteati, legum. longum.

Obs. Genus ulterius examinandum, cujus filament. decimum forte sterile; ac potius in Decandriam pone Bauhiniam collocandum; cfr. Juss. gen. pl.

999. ERIOGONUM. *Cal.* subcampanulatus, 6-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1, triquetrum, cal. tectum. (Flor. pedicellati e communi. involucro campanulato proveniunt.)

1. *tomentosum*, caul. herbaceo dichotomo, fol. ternis verticillatis obovatis. Michaux. Flor. 1. p. 246. t. 24. Hab. in aridis, pinetis Carol. et Georgiae. Flor. albid. Genus Polygoneum, sed vagina stipulari destitutum. M.

TRIGYNIA.

1000. **RHEUM.** *Cal.* 0. *Cor.* 6-fida, persistens. *Sem.* 1, triquetrum.

1. *rhaponticum*, fol. obtusis glabris, venis subtus pilosiusculis, sinu baseos dilatato, petiolis supra sulcatis margine rotundatis. Ait. Kew. 2. p. 41. Willd. Sp. II. p. 488. Sabb. hort. 1. t. 34. Hab. in Thracia, etc.

2. *undulatum*, fol. subvillosis, petiolis aequalibus, Lin. Syst. veg. 385. Amoen. acad. 3. p. 312. t. 4. Hab. in China, Sibiria. ♄

3. *palmatum*, fol. palmatis acuminatis. Lin. fasc. 7. t. 4. Hab. in China.

4. *compactum*, fol. sublobatis obtusissimis lucidis argute denticulatis glaberrimis. L. Hab. in Tartaria, China. Fol. coriacea s. compacta, petiol. sulcati. ♃

5. *tataricum*, fol. cordato-ovatis integris planis glaberrimis, petiolis semiteretibus angulatis, panic. sulcata. Lin. suppl. p. 229. Hab. in Tataria minore. Fol. magna radicalia humo incumbentia. L.

6. *Ribes*, fol. obtusissimis subverruculosis, venis subtus spinulosis, petiolis supra planis margine rotundatis. Ait. Kew. 2. p. 42. Desf. in Annal. d. Mus. p. 1. t. 49. Dill. elth. 191. t. 158. f. 192. (folium.) Hab. in Persia, Libano, Carmelo.

34. *aspera*, fol. caulinis lanceolatis alternis ciliatis, caulib. procumbentibus. L. Jacq. aust. 5. p. 44. app. t. 31. Hab. in alpib. Petala albida ungue luteo. ♃

35. *Hirculus*, fol caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. L. Flor. dan. t. 200. Gmel. sib. 4. t. 65. f. 3. Hirculus qui Chamae Cisti genus. Clus. cur. 5. Hab. in alpestribus.

36. *autumnalis*, fol. caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis. L. S. Aizoides. L. Smith. brit. 1. p. 432. Hab. in humentibus Borussiae, Angliae, Helvetiae. ♃

37. *rotundifolia*, fol. caulinis reniformibus dentatis petiolatis, caule paniculato. L. Lapeyr. p. 50. t. 26. Hab. in alpib. et montosis ad latera rivulorum. Flor. inferi.

*** *Fol. lobatis aut partitis.*

38. *granulata*, fol. caulinis reniformib. lobatis, caule ramoso, radice granulata. L. Flor. dan. t. 514. Hab. in Europae apricis. Var. flor. plenis, culta. ♃

39. *bulbifera*, fol. palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caule ramoso bulbifero. L. Fl. dan. t. 390. Moris. s. 12. t. 9. f. 24. Hab. in Italiae pratis saxosis, inque Norvegia.

* *veronicaefolia*, fol. inferioribus subrosulatis cordatis crenatis, petiol. breviusculis dilatatis, caulin. sessilib. inciso-dentatis acutis, cauleque simplicissimo subvilloso, flor. 2-3-subcapitatis. Hab. in Hisp. et Helv. Rad. subtuberosa. Veron. arvens. refert.

40. *cernua*, fol. caulinis palmatis petiolatis, caule simplicissimo unifloro bulbifero. Flor. dan. t. 22? Fl. lapp. 172. t. 2. f. 4. Hab. in alpibus Lapponicis.

β? *retusa*, petal. retusis. Smith. Brit. 2. p. 453. Engl. bot. t. 664. An ob petala diversa?

41. *rivularis*, fol. caulinis palmatis: summo florali ovato, caule simplici subbifloro. L. Flor. dan. t. 118. Hab. ad alpium Lapponicarum latera et rivulos. Parvula. ⊙

42. *Cymbalaria*, fol. caulinis cordatis trilobis integrisque, caulib. procumbentibus. L. Buxb. cent. 2. p. 40. t. 45. f. 2. Tournef. Cor. 18. t. 32. Hab. in Oriente.

43. *hederacea*, fol. caulinis ovatis lobatis, caule filiformi flaccido. L. Hab. in Creta. ⊙

44. *orientalis*, fol. subrotundis quinquelobis, caule ramosissimo procumbente. Willd. Jacq. obs. 2. p. 9. t. 34. Habit. in Oriente. An satis distincta a S. hederacea? W.

45. *cuneata*, fol. inferioribus petiolatis cuneiformibus quinquelobis, caulinis sessilibus lanceolatis, caule adscendente paniculato. Willd. p. 658. Cav. ic. 3. p. 25. t. 248. Hab. in Hispania. Petioli longi.

46. *pentadactylis*, fol. quinquelobis: lobis elongatis linearib. obtusis, stylis subulatis. Lapeyr. Fl. p. 64. t. 40. Hab. in Pyrenaeis ad saxa umbrosa. Pl. duriuscula.

47. *ladaniflora*, fol. multilobis integris, petiol. compressis amplexicaulibus, flor. tubulosis, cal. conicis. Lapeyr. p. 65. S. quinquefida. Lam. Hab. in Pyrenaeis. Tota planta gummi rubescente aromatico obtecta.

β. *minor*, fol. omnibus trifidis, scapo nudo simplici, flor. capitatis.

48. *palmata*, fol. palmatis enerviis glandulosis, petiol. basi marginatis, flor. tubulosis. Lapeyr. p. 64. t. 41. Cum priorib. ad praecipitia, locis humentibus. Priori affinis sed multo minor. Gland. argenteo-lucidae.

49. *geranioides*, fol. radicalib. reniformibus quinquelobis multifidis, petiol. simplicibus, flor. tubulosis, cal. urceolatis. Lapeyr. p. 66. t. 43. Gouan. obs. t. 18. f. 2. Hab. in alpinis ad saxa humida, ubi cespitem latum efficit.

Obs. Var. scapo simplici nudo, flor. capitatis, et fol. laevissimis, etiam viscosa et odorata ac rigidior occurrit. Lap.

50. *ajugaefolia*, fol. radicalibus palmato-tri-quinquepartitis, caulinis linearib. indivisis, caulib. adscendentibus multifloris. L. S. scapis lateralibus adscendentib. subbifloris. Lapeyr. p. 56. t. 31. Hab. in Galloprovinciae montibus, et in Pyrenaeis. Scap. 1-2-unc. rubescens. Fol. parva, lacin. lanceolata.

51. *sibirica*, fol. reniformibus palmatis pilosis, caule pedunculisque filiformibus. L. Hab. in Sibiria. Flos majusculus, albus, inferus.

52. *petraea*, fol. petiolatis palmato-tripartitis, laciniis subtrifidis, caule flaccido ramosissimo decumbente, pedunc. longissimis unifloris, petalis marginatis. Wulfen in Jacq. Coll. 1. p. 200. Jacq. ic. rar. 1. t. 81. S. *rupestris*. Willd. p. 653. Hab. in Carinthiae alpibus. ⊙

53. *Tridactylites* (*annua*), fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. L. Curt. Lond. 2. t. 28. S. *annua*. Lapeyr. p. 39. Hab. in arenosis ad muros. Primo vere. Quoad loca variat. ⊙

54. *adscendens*, caul. erecto firmo foliisque subcoriaceis cuneiformibus, apice tri aut quinquedentatis villoso-viscidis. Wulf. in Jacq. Collect. 1. p. 197. t. 11. et 12. f. 1. 2. Lapeyr. Flor. p. 48. t. 11. S. petrosa. Vahl. Willd. p. 64. S. Scopolii. Villars pr. Hab. in alpibus. Affinis S. tridactyliti, etiam viscida, sed caulis ramosissimus. Fol. lata, palmata. Cor. quadruplo majores. C.

55. *aquatica*, fol. palmato-quinque-partitis, lobis multifidis, caul. paniculato, flor. majoribus, pistill. clavatis. Lapeyr. p. 53. t. 28. S. *adscendens*. Willd. p. 655. S. petraea. Gouan. obs. t. 18. f. 3. β. caul. virgato, fol. lobis acutis subpinnatis. L. t. 29. Hab. in alpestribus, in aquosis. Caul. succulentus. Planta junior a pastoribus commeditur, etiam a pecoribus appetitur.

Obs. Nomen a Cl. Lapeyrouse huic speciei inditum, utpote loc. ejus natale optime exprimens, praeferri duxi, cum plures species sub nomine S. *adscendens* confundi sint.

56. *capitata*, caul. capitato sphaerico, pedunc. lateralibus inferis, fol. pubentibus rosulatis profunde trilobis: lobo intermedio tridentato. Lapeyr. p. 55. t. 30. Hab. in Pyrenaeis, inter carices et juncos, in aquosis. Caul 2-3-unc. longa, adscendens. Pedunc. radicalis sub fol. oriens. L.

57. *pedemontana*, caul. erecto subnudo, fol. trilobis et tridentatis, caulin. palmatis. Allioni. pedem. 1. t. 21. f. 4. Hab. in montibus pedemontanis. Distincta species. Fol. congesta. Petala ovata.

58. *tricuspidata*, fol. radicalibus congestis cuneiformibus ciliatis tricuspidatis, caul. ascendentibus multifloris. Retz. scand. Ed. 2. Flor. dan. t. 976. Hab. in Groenlandia.

59. *leptophylla*, procumbens, glabra, fol. longe petiolatis trifidis quinquefidisque: laciniis linearib. divaricatis. S. procumbens et hypnoides. Herb. Juss. cfr. Willd. Sp. II. p. 658. n°. 49. Hab. in alpibus. ♃

60. *Hypnoides* (*gemmifera*), cespitosa, caul. erecto subnudo glabro, fol. confertis trifidis, fol. in surculis, apice in gemmam convolutis villosis. S. *hypnoides*. Lapeyr. p. 57. t. 32. Villars Delph. 3. p. 674. t. 45. Hab. in Pyrenaeis, Delphinati, et in Monte aureo.

Obs. Linnaeus dicit de sua S. *hypnoide*, quod caul. procumbens et viscidus sit!

61. *globulifera*, caul. bulbifero, fol. nervosis, imis spathulatis integerrimis, superiorib. palmatis 3-5-fidis, caulinis linearib. Desf. atl. 1. p. 341. t. 96. f. 1. Hab. in cacumine Atlantis. Facie S. Hypnoides. Caul. basi prostratus. Cor. alba.

62. *decipiens*, fol. pilosis palmatis 5-fidis trifidisque, caul. folioso paniculato, petal. subrotundis. S. *palmata*. Smith. brit. t. p. 456. Engl. bot. t. 455. S. *decipiens*. Ehrh. Hab. in Germaniae et Angliae rupibus subalpinis.

63. *nervosa*, fol. lobatis utrinque nervosis, cal. globosis, cor. patentibus, pist. subulatis. Lapeyr. p. 63. t. 39. S. *exarata*. Vill. Delph. 3. p. 674. t. 45. S. *Hypnoides*. All. pedem t. 21. f. 4. exclus. synon. Hab. in alpestrib. inter muscos. Surc. lignosi. Caps. grandis. Nervi in fol. siccis inferiorib. distincti. Var. β. hirsuta.

Obs. An a priore satis diversa?

64. *intricata*, fol. rosulatis cuneato-incisis nervosis, surcul. elongatis superioribus intricatis, petal. ovatis, pistil. subulatis. Lapeyr. p. 58. t. 33. Hab. in saxis altis humidis. An prioris var.? sed herbacea. L.

65. *moschata*, fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque una cum caule glutinosis hirsutis (odoratis), florib. longe pedunculatis. Wulf. in Jacq. misc. 2. p. 128. t. 21. f. 21. Hab. in alpibus. Petal. elliptica, cal. longiora. Lapeyr. p. 61.

66. *groenlandica* (lasiostigma), fol. imbricatis cuneato-palmatis ciliatis, petal. rotundis, stigm. complanatis lanatis Lapeyr. p. 39. t. 19. S. *caespitosa*. Gunn. Norv. t. 7. f. 1. Hab. in alpibus. Pet. majuscula, trinervia, pallida. Styli divaricati.

67. *mixta*, fol. digitatis (trifidis) minutis nervosis subhirsutis, anth. sagittatis, stigm. pileatis reflexis, caul. subviscoso, 2-3-floro. Lap. p. 41. t. 20. S. *caespitosa*. L. All. et Villars.

β. *elongata*, major, scapo elongato ramoso, fol. petiolatis multifidis. Flor. dan.

t. 71. Hab. cum priore. Caul. subviscosus 2-3-florus.

68. *muscoides*, fol. subintegris linearib' carnosulis pubescentibus, scapo filiformi subunifloro, petal. cal. subaequantibus. S. *caespitosa*. Lapeyr. p. 59. t. 34. Hall. it. helv. t. 1. S. muscoides. Jacq. misc. 2. p. 123. S. pyrenaica. Villars. Hab. in alpibus. Flor. citrini. Caul. inferne rubiginosus. Var. β. surcul. erectis elongatis, fol. omnibus integris. Lap. t. 34.

β. *integrifolia*, fol. omnibus integris linearibus, surculis erectis elongatis. Lapeyr. t. 34.

γ. *hemisphaerica*, ramis congestis hemisphaericis, fol. brevibus imbricatis. Lapeyr. t. 36.

69. *cymosa*, piloso-viscosa, caul. erecto, fol. ensiformib. 3-5-fidis: caulin. 3-partitis, flor. cymosis, stylo cal. longiore. Plant. rar. hongar. S. caespitosa. Wulf. in Jacq. coll. 1. p. 290. Hall. hist. n° 989. Hab. in Hongaria, in Austria, in alpibus. Cor. alba lineata.

Obs. S. pedemontana. All., quam cl. auctores huc allegant, secundum specimen a D. Balbis Turino benevole missum, quoad folia omnino differt, quae cuneata s. flabelliformia.

70. *magellanica*, fol. congestis viscoso-pubescentibus, inferiorib. trifidis superiorib. simplicibus, flor. subbinatis subsessilibus. Hab. ad Fretum magellanicum in alpibus. (Herb. Juss.) Pl. caespitosa. Petal. obovata.

Obs. Amplum hoc genus, tamen naturale, si forte excipias S. *crassifoliam* et *sarmentosam*, familiam plantarum, SAXIFRAGEÆ. Juss., cum quatuor praecedentib. et duobus sequentibus generibus, nec non cum Heuchera, Adoxa, Weinmannia et Hortensia? efficit, quae inter alios characteres, capsula birostra mox dignosci potest.

1112. TIARELLA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta: petalis integris. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis: valvula altera majore.

1. *cordifolia*, fol. cordatis. L. Lam. ill. t. 383. Hab. in Amer. et Asia septentrionali. Petal. cal. longiora. ♃

2. *trifoliata*, fol. ternatis. L. Hab. in Asia boreali.

3. *biternata*, fol. biternatis, flor. racemoso-paniculatis. Vent. Malmais. t. 54. Hab. in Amer. septentrionali.

1113. MITELLA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calyci inserta: petalis pinnatifidis. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis: valvulis æqualibus.

1. *diphylla*, fol. cordatis subtrilob. dentatis, scapo diphyllo. Willd. Sp. II. p. 659. Lam. ill. t. 373. f. 1. Hab. in America septentrionali. ♃

2. *cordifolia*, fol. cordatis ciliato-dentatis, scapo nudo. Lam. enc. 4. p. 185. ill. t. 373. f. 3. Michaux Flor. 1. p. 270. Hab. in Canada, circa Quebec.

3. *prostrata*, fol. rotundato-cordatis, caul. prostratis foliosis. Mich. l. c. Hab. in Canad. meridion. Sublobata.

4. *nuda*, fol. reniformibus repandis ciliatis, scapo nudo. Willd. Lam. l. c. ill. t. 373. f. 2. M. petalis fimbriatis. Gmel. sib. 4. p. 175. t. 63. f. 2. Hab. in Asia boreali. ♃

1114. SCLERANTHUS. *Cal.* 1-phyllus; cui *Stamina* inserta. *Cor.* nulla. *Sem.* 1-2, calyce inclusa.

1. *annuus*, calycibus fructus patulis. L. Flor. dan. t. 504. Hab. in arvis praesertim calcareis.

2. *perennis*, calycib. fructus clausis obtusis. β. cocciferus. Hab. in campis apricis arenosis. Cal. laciniae albido-marginatae. ♃

3. *polycarpus*, calycib. fructus patentissimis spinosis, caule subvilloso. L. Col. ecphr. 1. p. 295. t. 294. Hab. Monspelii et in Italia. ⊙

CARYOPHYLLEÆ. (Gen. 1115-1122.) Cal. in hac familia valde naturali utplurimum persistit. Petala ejusdem laciniis alterna, unguiculata, integra aut saepius incisa. Fructus simplex est capsularis, polyspermus, receptaculo centrali libero distinctus. Caul. utplurimum herbaceus, nodosus, stipulaceus aut nudus. Fol. opposita, basi connata, integra. — Genera quaedam naturalia, in aliis species aliquae ob stylorum numerum male dispersae occurrunt.

1115. GYPSOPHILA. *Cal.* 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ovata, sessilia. *Caps.* globosa, 1-locularis, polysperma.

1. *repens*, fol. linearibus, staminibus cor. emarginata breviorib. L. Jacq. austr. 5. p. 4. t. 407. Lam. ill. t. 375. f. 2. Hab. in Sibiria, Austria, Helvetia, Gall. meridional. Pyrenaeis. ♃

2. *prostrata*, fol. lanceolatis laevibus, caulib. diffusis, pistillis cor. campanulata longioribus. L. Pluk. alm. 22. t. 75. f. 2. Hab. in alpibus.

3. *paniculata*, fol. lineari-lanceolatis, inferioribus scabris, staminibus minutis, stylis cor. longioribus. Ait. Kew. 2. p. 84. Jacq. aust. p. 26. t. app. 1. Hab. in Sibiriae, Tatariae desertis sabulosis.

4. *viscosa*, fol. ovato-lanceolatis laevib. basi cordatis amplexicaulibus, internodiis ramorum medio viscosis, petalis retusis. Ait. Kew. 2. p. 85. Murr. comm. goetting. 1783. p. 9. t. 3. Hab. in Oriente. ☉

5. *adscendens*, fol. lanceolato-linearib., caulibus prostratis, cor. staminibus et pistillis ejusdem longitudinis. Jacq. hort. 2. t. 138. Hab. . . .

6. *altissima*, fol. lanceolatis subtrinerviis, caul. rectis. L. Gmel. sib. 4. p. 443. t. 60. Boc. mus. 23. t. 5. f. 3. Habit. in Sibiria.

7. *compressa*, caul. erecto hinc compresso, fol. subulato-lanceolatis striatis, pepedicell. calycibusque pubescentibus. Desf. Atl. 1. p. 343. t. 97. Hab. in Barbar. arvis arenosis. Vere. Petala subtus venis violaceis variegatas.

8. *arenaria*, fol. linearibus subcarnosis glabris planis, caule corymboso, petal. integris. Willd. Waldst. et Kitaib. pl. rar. Hung. p. 40. t. 41. Hab. in arenosis Hungariae. Cor. rarissime subemarginata. Cal. nullis squamis tectus. Caps. globosa.

9. *Struthium*, fol. linearibus carnosis: axillarib. confertis teretibus. L. Barr. rar. 64. t. 119. Bocc. mus. 2. p. t. 122. Hab. in Hispania. ♃

10. *fastigiata*, fol. lanceolato-linearib. obsolete triquetris laevibus obtusis secundis. L. Gmel. sib. 4. p. 144. t. 61. f. 1. Hab. in Gotlandiae, Borussiae, Helvetiae, Harcyniae rupibus.

11. *perfoliata*, fol. ovato-lanceolatis semiamplexicaulibus. L. Dill. elth. 368. t. 276. f. 357. β. tomentosa. L. Barr. ic. t. 1002. Hab. in Hispania et Oriente. Fol. subcarnosa.

12. *muralis* (*agrestis*), fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. L. Lam. ill. t. 375. f. 1. Hab. ad vias, muros, et inter stipulas.

13. *rigida*, fol. linearibus planis, caule dichotomo, peduncul. bifloris, petal. emarginatis. L. Hab. Monspelii.

14? *Saxifraga*, fol. linearibus, calycibus angulatis: squamis quatuor, coroll. emarginatis. L. Dianthus Saxifragus. L. Lam. enc. Hab. in Austria, Helvetia, Gallia. Calyx cinctus foliolis 4, tubo dimidio brevioribus.

1116. SAPONARIA. *Cal.* tubulosus, 1-phyllus, nudus. *Petala* 5, unguiculata. *Caps.* oblonga, 1-locularis.

1. *officinalis*, calycib. cylindricis, fol. ovato-lanceolatis. L. Willd. p. 667. Lam. ill. t. 376. Flor. dan. t. 543. Hab. ad vias.

2. *Vaccaria*, calycib. pyramidatis quinquangularibus, fol. ovatis acuminatis sessilibus. L. Hab. inter segetes. Petal. parva, rubra. ☉

3. *cretica*, calycib. quinquangularibus striatis, caule erecto subdichotomo, foliis subulatis. L. Hab. in Cretae aridis. Petala parva, integra.

4. *porrigens*, calycib. cylindricis pubescentibus, ramis divaricatissimis, fructub. pendulis. L. Jacq. hort. 2. p. 49. t. 109. Hab. in Oriente.

5. *illyrica*, calycibus subcylindricis, caule erecto viscido purpurascente: ramis alternis, cor. punctatis. L. Ard. spec. 2. p. 24. t. 9. Hab. in Illyria. Viscoso-pubescens. Fol. lineari-lanceolata. Pet. alba: punctis 3 purpureis.

6. *Ocymoides*, calycib. cylindricis villosis, caulib. dichotomis procumbentibus, fol. ovato-lanceolatis. L. Jacq. austr. 5. p. 39. app. t. 23. Cav. ic. 2. p. 29. t. 134. Hab. in Europ. petrosis, umbrosis, et in Atlante.

7. *orientalis*, calycib. cylindricis villosis, caule dichotomo erecto patulo, fol.

lineari-lanceolatis. Dill. elth. 205. t. 167. f. 204. Hab. in Oriente, Carniola.

8. *lutea*, calycib. teretib. cauleque hirtis, petal. obovatis integerrimis, flor. corymbosis, fol lineari-lanceolatis canaliculatis. Smith. spicil. bot. t. 5. Allion. pedem. t. 23. f. 1. Hab. in alpibus. Cor. flava. Stam. violacea.

9. *bellidifolia*, calycib. teretib. hirtis, caule glabro, petal. linearibus crenatis, fol. spathulatis. Smith. l. c. Bocc. mus. 2. p. 75. t. 62. f. 1. Hab. in Italiae mont. altissimis. Fol. radicalia Globulariae simillima. Stam. flava. ♃

1116. DIANTHUS. *Cal.* cylindricus, longus coriaceus. 1-phyllus: basi squamis 4-8. *Petala* 5, unguiculata. *Caps.* cylindrica, 1-locularis, apice dehiscens.

* *Florib. aggregatis, quibusdam involucratis.*

1. *barbatus*, flor. (versicoloribus) aggregatis fasciculatis squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantib., fol. lanceolatis. L. Willd. Sp. II. p. 671. β. *angustifolius*, fol. linearibus, flor. majoribus unicolorib. rubris. Hab. in Carniola, Germania. ♃

2. *carthusianorum*, flor. subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, involucro oblongo aristato capitulo breviore, fol. linearibus trinerviis. Willd. Hab. in apricis sylvaticis. Sequentes 3 subspecies tantummodo sunt.

* *collinus*, flor. bifasciculatis, squam. calyc. ovato-subulatis tubo brevioribus, fol. lanceolato-linearibus 5-nerviis scabris. Pl. hongar. p. 36. t. 38. Cresc. in Hongar. collibus et fruticetis.

* *atrorubens*, flor. aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, involucro ovato aristato longitudine capituli, fol. connatis lineari-lanceolatis enerviis. Willd. Jacq. ic. rar. 3. t. 467. Segu. veron. 1. p. 434. t. 7. f. 2. Habit. in Italiae et Tauriae aridis apricis. Cor parva. ♃

* *alpestris*, flor. aggregatis subbinis, squam. calycin. 4, duabus interioribus latis, mucronatis, corol. emarginatis. Balbis in Mém. de Turin t. 1. Hab. in pascuis alpinis.

3. *ferrugineus*, flor. aggregatis, petalis bifidis: laciniis tridentatis. L. Barr. rar. 648. t. 497. Hab. in Aprutio Italiae. Fl. fasciculati cal. communi scarioso. ♂

4. *Armeria*, flor. aggregatis fasciculatis: squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. L. Flor. dan. t. 230. Hab. in sterilibus.

5. *japonicus*, flor. aggregatis fasciculatis, squamis calycinis acutis ciliatis tubo brevioribus, fol. ovatis. Thunb. jap. 183. t. 23. Hab. in Japonia.

6. *spinosus*, fruticosus procumbens, fol. rigidis subulatis spinescentib., flor. capitatis bracteatis. Desf. in annal. de Mus. 1. p. 198. t. 16. f. 1. Hab. in Persia. Petal. linearia.

7. *prolifer*, florib. aggregatis capitatis, squam. calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. L. Flor. dan. t. 221. Hab. in collib. et pascuis sterilibus. ⊙

** *Flor. dispersi in caul. ramoso.*

8. *diminutus*, flor. solitariis, squamis calycinis octonis flor. (cor.) superantib. L. Hab. in Germania, Helvetia et Algeria. Cal. oblongus pallens. Var. praecedentis?

9. *Caryophyllus*, flor. solitariis, squam. calycinis subrhombeis brevissimis, petalis crenatis imberbibus, fol. lineari-subulatis canaliculatis glaucis. Smith. in Act. Soc. Lin. 7. p. 299.

10. *sylvestris*, flor. solitariis, squamis calycinis brevissimis ovatis, exterioribus acutis, interioribus obtusissimis, pet. crenatis imberbibus. Willd. p. 675. Wulf. in Jacq. Coll. 1. p. 237. Jacq. ic. rar. 1. t. 82. Segu. veron. t. 7. f. 3. Hab. in Helvetia, Carniola, Carinthia.

11. *fruticosus*, caul. fruticoso, fol. sublinearibus crassiusculis, cal. squamis pluribus imbricatis. L. Willd. Sp. p. 684. Tournef. it. 1. p. 183. t. 9. Hab. in Graecia. Col. in hortis. Cal. attenuatus.

12. *juniperinus*, caul. fruticoso multifloro, fol. subulatis pungentibus, squamis calycin. subquaternis obovatis mucronatis, tubo duplo breviorib. Smith. in Act. Lin. 2. p. 303. An verus D. *arboreus*, fol. subulatis. Lin. Sp. pl. p. 590. Cresc. cum priore. Caul. inferne lignosus, tortuosus. Flor. parvuli. D. arboreus. Herb. Juss.

13. *pomeridianus*, flor. solitariis, squam. calycinis ovatis acutis brevissimis, tubo apice tantum striato, petal. emarginatis subintegerrimis. Smith. Act. Soc. Lin. 2. p. 300. Hab. Constantinopoli et in Palaestina. Simil.

D. Caryophyllo. Petala lateribus revoluta. Flos aperitur meridie et clauditur noctis hora decima. L.

14. *procumbens*, squamis calycinis quaternis lanceolatis subpungentib. patulis tubo brevioribus, caule procumbente dichotomo. Vent. Hort. Cels. p. 39. t. 39. (D. monadelphus.) Hab. in Oriente. Caul. glaucus, fragilis, nonnunquam valde elongatus. Cor. alba, subtus cinerea, margine purpurascens.

15. *pungens*, flor. solitariis, caulib. paucifloris, squam. calycinis brevissimis mucronatis patentibus, tubo gibbo, petal. integris. Smith. β. *hispanicus*, squamis calycinis ovatis, petal. linearibus integerrimis. Asso synop. n°. 371. t. 3. Hab. in Hispaniae maritimis.

16. *virgineus*, fol. cespitosis, flor. solitariis, caulib. paucifloris, squam. calycinis brevissimis obtusissimis, binis distantibus, petalis crenatis. Smith. Jacq. aust. 5. p. 34. app. t. 15. D. rupestris. Lin. suppl. 240. Hab. in Gallia, Austria et Sibiria. Cor. rubra.

17. *attenuatus*, flor. solitariis, squam. calycinis brevibus lanceolatis acuminatis subsenis, tubo attenuato, petal. crenatis. Smith. Hab. in maritimis Galliae meridionalis. Caul. diffusi basi tortuosi ramosissimi. Fol. subulata. Flor. carnei, inodori.

18. *furcatus* caul. bifloro, pedunc. oppositis distantibus, squam. calycin. oppositis subbinis tubo multo brevioribus. Balbis in Mém. de l'acad. de Turin. Hab. ad margines agrorum in montib. prope Tendam. Molinieri. Situ flor. mox distinguitur.

19. *purpureus*, caule subbifloro, florib. solitariis, squam. calycinis latis tubo dimidio brevioribus acutis, petal. integerrimis. Enc. bot. 4. p. 523. Lam ill. t. 376. f. 2. Habitu recedit. Loc. natal. ignotus. †

20. *ochroleucus*, caule elongato submultifloro gracili, squam. calycin. ovato-lanceolatis ultra tubi dimidium, petal. obovato-linearib. subintegris. Hab. in Oriente. Col. in hort. Cels. Caul. subgeniculatus, fol. brevia, lineari-subulata. Flor. minuti. Cor. albido-pallens.

21. *albens*, flor. solitariis, squam. calycinis lanceolatis quaternis brevibus, cor. emarginatis. Ait. Kew. 2. p. 90. D. florib. solitariis, squam. calycinis quaternis ovatis brevissimis, petal. integris. Thunb. prod. p. 81? Hab. ad Cap. b. spei. Petala albentia, apice utrinque violacea absque circulo purpureo. ♃

22. *crenatus*, flor. solitariis, squamis calycinis senis lanceolatis, cor. crenatis. Thunb. prod. 81. Hab. ad Cap. b. spei.

23. *chinensis*, flor. solitariis, squam. calycinis subulatis patulis foliaceis tubum aequantibus, petal. crenatis, fol. lanceolatis. Smith. l. c. Mill. ic. 81. f. 2. Hab. in China. ⊙

24. *deltoides*, flor. solitariis, squamis calycinis ovato-lanceolatis acutis subbinis, fol. obtusiusculis subpubescentibus, petalis crenatis. Smith. l. c. Hab. in arenosis sylvaticis.

26. *glaucus*, flor. solitariis squam. calycinis lanceolatis quaternis brevibus, cor. crenatis (albis). L. Hort. cliff. 164. Tunica ramosior, flore candido cum corona purpurea. Dill. elth. 400. t. 298. f. 348. Passim cum priore, cujus var. secundum cl. Smith.

25. *libanotis*, flor. subsolitariis, squam. calycinis senis lanceolatis patulis tubo brevioribus, petalis multifidis barbatis, foliis lanceolatis, caule erecto. Willd. Billard. pl. syriac 1. p. 14. t. 5. Hab. in altis montib. Libani. ♃

27. *crinitus*, flor. solitariis, squam. calycinis ovalibus mucronatis subdivergentib. tubo triplo brevioribus, petalis multifidis imberbibus. Smith. l. c. Hab. in Oriente. Fol. angustissima. Flor. 2-4 in caul. erecto. S.

28. *monspeliacus*, flor. solitariis, squam. calycinis subulatis rectis tubo paullo brevioribus, cor. multifidis, caul. erecto. Smith. l. c. D. squamis calycinis subulatis longitudine tubi. L. Hab. Monspelii, Veronae. Flor. rubri. ♃

29. *plumarius*, flor. solitariis, squam. calycinis subovatis brevissimis obtusissimis muticis, cor. multifidis fauce pubescentib. L. Tunica fol. glaucis patentibus, flor. serratis, faucib. lanuginosis. Hall. helv. n°. 897. Hab. in pascuis nemorosis. Fol. rore caesio glauca. L. ♃

* *moschatus*, cespitosus, squamis minutis ovatis obtusis, corol. multifidis, foliis filiformibus subulatis. Gmel. S. N. L. II. p. 711. Poir. enc. bot. 4. p. 521. Col. praesertim in hortis ad areas ornandas. Flor. vere. Var. prioris?

* *saxatilis*, cespitosus subdecumbens, caul. bi-trifloro, squamis ovatis mucrone longiusculo distinctis tubo brevioribus, pet. multifidis, fauce glabris. Hab. ad rupes, prope Clermont non infrequens. D. *plumarius* quorumdam, sed fol., quae linearia

non glauca, cor. fauc. non pubescens, nec squamae obtusae.

30. *superbus*, flor. paniculatis subfastigiatis, squam. calycinis brevibus ovatis mucronatis, petal. ultra medium multifido-capillarib. fauce pilosis, caul. erecto. Flor. dan. t. 578. Hab. in pratis, sylvaticis. Cal. uno latere purpurasc.

*** *Caul. 1-floro.* (Spec. parvulae subcespitosae.)

31. *arenarius*, caulib. subunifloris, squam. calycinis ovatis obtusis, cor. multifidis, fol. linearibus. L. Hab. in Europae frigidioris arena mobili. Pl. dubia. Pet. ultra medium disci divisa, basi macula livida et pilis purpurascentib. adspersa. L. An sequentes a eadem species?

* *Hongaricus.* D. *arenarius*, caulib. subunifloris, squam. calycinis brevissimis subrotundis acuminatis; cor. (albis) multifidis, fol. subulatis glaucis ciliatis. Townson Travels in Hungary. t. 16. Caul. adscendentes, angulati, glauci. Cal. viridis lividusque. T.

* *gallicus*, caul. unifloro brevissimo, fol. ciliatis imbricatis, squamis cal. ovatis mucronatis, cor. dentato-submultifidis. Hab. in Galliae meridionalis arena mobili. Thore. Petala 1/3 incisa. Cal. squamae margine tenui cinctae.

32. *tener*, caul. unifloro, cor. fimbriatis, squam. calycin. tubum subaequantibus, fol. linearib. subulatis. Balbis in Mém. de Turin. t. 3. Hab. ad agrorum margines prope Tendum. Cor. rosea.

33. *serrulatus*, fol. lanceolatis serratis, pedunc. unifloris, squam. imbricatis acutis tubo brevioribus, petal. fimbriatis. Desf. atl. 1. p. 346. Hab. in Tuneti arenis. Cal. squamae 7-8. Cor. duplo minor D. *plumarii*, pallide rosea. D.

34. *pulchellus*, caul. 1-floro, squam. calyc. ovatis mucronatis appressis, cor. crenatis. fol. brevibus planis lineari-acuminatis. Hab. . . . . †

Obs. Mihi missus sub nomine D Plumieri. Forte, uti nonnullae aliae in hoc genere valde naturali, cultura a D. coronario ortus. Caul. palmares plures ex cespite, aut subsolitarius. Cal. purpurascens, subturgidus. Cor. rubella.

35. *repens*, caul unifloro, squam. calycinis binis ovatis acuminatis patulis longitudine fere tubi, petal. dentatis, radice repente. Willd. p. 681. Hab. in Sibiria.

36. *caesius*, caul. subunifloris, squam. calycinis subrotundis brevibus, petal. crenatis pubescentibus, fol. margine scabris. Smith. p. 302. engl. bot. t. 62. Dill. elth. 401. t. 298. t. 385. Hab. in montosis Angliae, Helvetiae. Caul. simplices quadranguli. Cal. squamae tubo triplo breviores.

37. *cespitosus*, caul. unifloris, cor. integris, calycin. squamis quatuor lanceolatis, fol. trigonis. Thunb. prod. 81. Hab. ad Cap. b. spei, cum sequente. ♃

38. *scaber*, caul. unifloris, squam. calycinis quaternis lanceolatis, petal. crenatis. Thunb. prod. 81.

39. *alpinus*, caul. unifloro, petal. crenatis, squam. calycinis exterioribus foliaceis (foliiformibus) tubum aequantibus. Smith. l. c. D. caespitosus. Poir. enc. bot. 4. p. 525? Jacq. austr. t. 52. Caryophyllus sylvestris 2. Clus. hist. 1. p. 283. f. 1. bon. Hab. in alpestribus. Cor. magna, dentib. numerosis crenata, fauce parum villosa.

β. *glacialis*, flor. solitariis subacaulibus, squamis calycinis elongatis acuminatis tubum superantibus, fol. linearibus flore longioribus. Haenke in Jacq. Collect. 2. p. 84. Var. prioris secundum Willd. sed cor. vix prominet. Hab. in Stiria, Austria.

40. *pumilus*, caespitosus acaulis, fol. linearibus. Vahl. symb. 1. p. 32. D. uniflorus. Forsk. Hab. in Aribia felici. Flor. sessiles solitarii. Pet. dentata. ♃

TRIGYNIA.

1117. CUCUBALUS. *Cal.* inflatus, aut campanulatus. *Petala* 5, unguiculata, nudas coronata ad faucem. *Caps.* 3 locularis.

1. *Behen*, fol. ovatis, caul. dichotomo, calycib. subglobosis reticulato-venosis, caps. trilocularibus, cor. subnudis. L. Flor. dan. t. 914. Engl. bot. t. 164. Hab. in pascuis, ad vias. Fol subovata glabra aut ciliata. ♃

β. *rotundifolius*, fol. rotundiorib. subvillosis aut glabris, flor. purpurascente. Allioni specim. t. 5. f. 3. γ. *angustifolius*, fol. parvulis ovato-linearibus, flor. albo. In alpinis.

2. *alpinus*, pedunc. erectis unifloris, petal. bipartitis subcoronatis, fol. lanceolatis glaucis laevibus. Lam. enc. 2. p. 220. Hab.

in alpibus. Flor. magni albi. Fol. non ciliata, basi connata.

3. *maritimus*, flor. paniculatis erectiusculis, petal. furcatis sub limbo dilatatis, fol. ovali-acuminatis cauleque villosis. Lam. l. c. Hab. in Galliae meridionalis maritimis. Cal. ovalis albicans, vix venosus. L.

4. *littoralis*, caul. decumbente, fol. lanceolato-linearibus, flor. subsolitariis, calyc. glabris reticulato-venosis, petal. coronatis. Smith. brit. 2. p. 468. Silene maritima. Willd. Sp. p. 700. Hab. in maritimis arenosis, etiam ad fluv. alpinos. Styl. interdum 4-5. Sm.

5. *fabarius*, fol. obovatis carnosis. L. Bocc. Mus. t. 92. Hab. in Sicilia ad littora.

6. *spergulifolius*, petal. bifidis, calyc. inflatis striatis glanduloso-scabris, panic. secunda, fol. linearib. verticillatis. Willd. p. 690. Sub Silene. Hab. in Armenia.

7. *stellatus*, fol. quaternis ovato-lanceolatis, petal. multifidis. L. Mich. Flor. 1. p. 271. Hab. N. Anglia et in montib. alleghanis. Pl. pulcherrima. Cor. patens alba.

8. *bacciferus*, cal. campanulatis, petal. distantibus, ramis divaricatis, fol. ovatis. Mill. ic. t. 112. Silene baccifera. W. Hab. in nemorosis. Caps. mollis, nigrescens.

9. *pumilio*, caul. unifloro, cal. ventricoso-campanulato-hirsuto, fol. caespitosis lineari-lanceolatis. Jacq. austr. 5. app. t. 2. Lam. ill. t. 377. f. 1. Hab. in alpibus.

Obs. Ob calycem turgidum nonnullae Silenes huc quoque referri possent; aut duo haecce genera naturalia potius conjungenda. Ceteras Cucubali species cal. haud inflato distinctas, affinibus speciebus in sequente genere appropinquavi.

1118. SILENE. *Cal.* oblongus teres cylindricus aut conicus. *Petala* 5, unguiculata, nuda, aut coronata ad faucem. *Caps.* 3-locularis.

* *Flor. spicatis aut racemosis.*

1. *anglica*, hirsuta, petal. integerrimis, flor. erectis (glabris?), fructib. reflexis pedunculatis alternis. L. Dill. elth. 417. t. 309. f. 398. Vaill. paris. 121. t. 16. f. 12. Hab. in Anglia, Gallia. Cal. non pilosi, sed angulis muricatis, aculeis reflexis vix conspicuis. L. ⊙

2. *lusitanica*, hirsuta, petalis dentatis indivisis, flor. erectis, fructib. divaricato-reflexis alternis. L. Dill. elth. t. 311. f. 401. Hab. in Lusitania. Cor. crenata, incarnata. L. ⊙

3. *quinquevulnera*, hirsuta, petal. integerrimis subrotundis, fructib. erectis alternis. L. Hab. in Europ. australi et Sibiria. Petala obtusa, macula atro-purpurea. ⊙

4. *ciliata*, petal. bipartitis obtusis, calycib. clavatis pubescentibus, apice ciliatis alternis erectis. Willd. p. 692. Habit. in Creta. Cal. decemstriatus. Pet. bipartita, laciniis obovatis. W. ♃

5. *nocturna*, florib. spicatis alternis, secundis sessilibus, petalis bifidis. L. β? Cucubalus *reflexus*. L. Dill. elth. t. 310. f. 400. Moris. s. 5. t. 36. f. 7. Hab. in Hispania, Gallia et Pensylvania. ⊙

6. *gallica*, hirsuta, flor. subspicatis alternis secundis, petalis integris fructibus erectis. L. Dill. elth. t. 310. f. 399. Vaill. paris. t. 16. f. 12. Hab. in Helvetia, Gallia. Sequenti similis.

7. *cerastoides*, hirsuta, petal. emarginatis, fructificationibus erectis, calycib. subsessilibus subpilosis. L. Dill. elth. t. 309. f. 397. Hab. in Eur. australi. ⊙

8. *mutabilis*, pet. bifidis, calycib. angulatis pedunculatis, fol. lanceolato-linearibus. L. Habit. in Eur. australi. Affinis Cucubalo reflexo. Lin.

9. *chlorantha*, petal. linearibus bifidis, flor. lateralibus secundis cernuis, fol. radicalib. margine scabris. Willd. Ehr. Beitr. 7. p. 145. Dill. elth. t. 316. f. 408. Menz. pug. t. 2. f. 1. Hab. in Germania. ♃

10. *nutans*, petalis bifidis, florib. lateralibus secundis cernuis, panicula nutante, fol. cespitosis, lanceolatis. L. Flor. dan. t. 242. Engl. bot. t. 465. Hab. in pratis, sylvis. Var. flore rubro.

11. *amoena*, petalis bifidis, coronula subcoadunata, flor. secundis, pedunc oppositis trifloris, ramis alternis. L. Hab. in Tataria. Caul. diffusi. ♃

12. *paradoxa*, flor. racemosis, calycib. decem-sulcatis viscidis, flor. aliis staminib. exsertis, aliis inclusis. L. Jacq. hort. vind. 3. t.84. Smith brit. 2. p. 467. Zanon. hist. t. 109. Hab. in Italia et Anglia. Cor. noctu explicatae et odorae. Petala bifida subcrenata. L. Pet. limbus obcordatus. Sm.

13. *multiflora*, petal. bifidis, caule simplicissimo, corymb. multifloris oppositis, calycib.

calycib. clavatis striatis, fol. scabris, caulinis linearib., radicalib. spathulatis. Willd. p. 687. Plant. rar. hong. p. 55. t. 56. sub Cucub. Ehr. Beytr. 7. p. 142. Hab. in Hungariae pratis. Flor. verticillati racemosi. Cal. scaber. Cor. fauc. plerumque nuda. l. c.

14. *altaica*, petalis bifidis revolutis nudis, pedunc. alternis unifloris, fol. lineari-lanceolatis, caule frutescente. Cucubalus fruticulosus. Pall. itin. 2. app. n⁰. 110. t. T. Willd. p. 687. sub *Cucubalo*. Hab. in montib. Altaicis Sibiriae. ♄

15. *caspica*, caul. basi lignescentibus, fol. spathulato-lanceolatis, calyc. cylindricis 10-striatis, petal. bipartito basi utrinque unidentato. S. *fruticulosa*. Bieberst. Tableau etc. n⁰. 17. Hab. passim in collib. aridis inter Kubam et Schamachiam. Aest. ♄

Obs. Habitu praecedentis s. Cucub. fruticulosi Pall., sed faux coronata. Flor. ex dichotomia caulis. B. ♄

16. *viscosa*, flor. lateralibus undique decumbentibus, caule indiviso, fol. basi reflexis. L. sub Cucub. Tournef. it. p. 361. Hab. in Eur. australiori et Oriente. ♂

17. *tatarica*, petal. bipartitis, flor. secundis decumbentibus, pedunc. oppositis solitariis erectis, caule simplicissimo spicato. L. sub. *Cucubalo*. Hab. in Tartaria, Russia. ♃

18. *Royeni*, racemo verticillato, pedunc. oppositis brevissimis multifloris, petal. bifidis, fol. ovato-lanceolatis subundulatis. Bieberstein. l. c. n⁰. 16. Royen. lygdb. p. 448. (a Linnaeo cum? ad priorem allegatum.) Hab. in planit. Kumükorum. Majo. ♂ †

19. *sibirica*, petal. emarginatis subverticillatis linearibus, flor. verticillis umbellatis aphyllis. L. sub *Cucubalo*. Viscago fol. imis petiolatis ovatis. Hall. goett. t. p. 150. ic. Hab. in desertis Tacorow. Flor. parvi. Petal. obcordata.

20. *Otites*, petal. linearib. indivisis undulatis glabris, flor. verticillato-capitatis dioicis, pedunc. glabris, caule nudo. Willd. p. 688. Flor. dan. t. 518. sub Cucubalo. Hab. in arenosis. Flor. parvi.

21. *parviflora*, petal. linearib. indivisis ciliatis flor. dioicis, pedunc. pubescentibus, caule paniculato. Willd. Ehrh. Beytr. 7. p. 143. sub Cucubalo. Hab. in Hungaria. Priori affinis.

22. *imbricata*, caul. inferne piloso, fol. lanceolatis, flor. sessilib. secundis strictis imbricatis longe racemosis. Desf. p. 349. t. 98. Hab. in arvis prope Mascar. Petal. alba, bifida. ⊙

23. *hispida*, flor. racemosis confertis secundis, cal. hirsutissimis, petal. bifidis, caul. subsimplice. Desf. atl. 1. p. 348. Hab. in Atlante. ⊙

24. *tridentata*, hirsuta, fol. angusto-lanceolatis, flor. racemosis distinctis sessilibus, cal. dentib. subulatis, caps. acuminatis erectis. Desf. l. c. Clus. hist. 290. ic. Hab. in Algeriae arvis. et in Hispania prope Aranguez. Thibeaut. Petal. rosea, plerumque tridentata. ⊙

** *Caul. paniculato-dichotomo, flor. in pluribus ex dichotomia.*

25. *fruticosa*, petal. bifidis, caule fruticoso, fol. lato-lanceolatis, panic. trichotoma. L. Com. hort. t. 33. Hab. in Sicilia. Fol. mollia. ♄

26. *bupleuroides*, caul. virgato, petal. bifidis, flor. pedunculatis oppositis bractea brevioribus, fol. lanceolatis acutis glabris. L. Desf. atl. 1. p. 351. Hab. in Persia et Atlante. Pet. inferne pallide violacea. ♂

27. *longiflora*, petal. bifidis, florib. paniculatis erectis, pedunc. oppositis bractea longioribus, calycib. longissimis glabris. Willd. Ehr. Beytr. 7. p. 144. S. juncea. Roth. catal. 1. p. 54. Cum priore saepe confunditur. Hab. in Hungaria. ♃

28. *longipetala*, fol. lanceolatis scabriusculis, pedunc. elongatis dichotomis, petalis bifidis retroflexis. Vent. Hort. Cels. p. 83. t. 83. Hab. circa Aleppo. Cor. albido-livida. ⊙

29. *gigantea*, petal. bifidis, fol. radicalibus cochleariformib. obtusissimis, flor. subverticillatis. L. Walth. hort. 32. t. 11. Hab. in Africa. Fol. carnosa, pubescentia. Cal. pubescentes. Cor. virides coronula obsoleta. Flor. noctu explicati. L. ♂

30. *crassifolia*, petal. emarginatis. fol. suborbiculatis carnosis hirsutis, racemo secundo. L. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. firmus, hirsutus. ♂

31. *viridiflora*, petal. semibifidis, fol. ovatis scabriusculis acutis, panic. elongata subaphylla. L. Herm. parad. 199. t. 199. Hab. in Lusitania. Panicul. brachiata pedunculis dichotomis, paucifloris. ♂

32. *reticulata*, glabra viscosa, fol. angusto-lanceolatis, caul. dichotomo, pedunc.

subtrifloris, cal. clavato (venis purpurascentibus) reticulato, petal. linearib. emarginatis. Desf. atl. 1. p. 350. t. 99. Hab. in Algeria. Cor. parva, rosea.

33. *picta*, glabra, caule dichotomo; fol. linearibus, caulin. subsetaceis, cal. clavato petalisque venosis nervisque rubris reticulatis. S. bicolor. Thore. Hab. prope Dax (dépt. des Landes) Nunc in hort. colitur. Spec. elegans, priori similis.

34. *rugosa*, caul. dichotomo, fol. lineari-lanceolatis, cal. clavati nervis crenato-rugosis subasperis. Hab. . . . . . . Herb. Juss. Facie 2-antecedentium, sed cal. a caeteris mox distinguitur.

35. *glutinosa*, petal. bipartitis, panic. dichotoma patentissima viscosa, fol. ovatis. Cucub. glutinosus. Retz. C. *catholicus*. Lin. Jacq. hort. t. 59. Hab. in Italia, Sicilia.

36. *mollissima*, petal. semibifidis, panic. dichotoma, caul. foliisque holosericeis: radicalibus spathulatis. L. sub *Cucubalo*. Hab. in Italiae maritimis. An cal. inflatus?

37. *italicus*, laevis pubescens, petal. semibifidis, cal. clavatus, panic. dichotoma: ramis longis patentibus, flor. erectis, fol lanceolatis. Willd. Sp. II. p. 686. Jacq. obs. 4. t. 79. Sub *Cucubalo*. Hab. in Italia.

38. *nicæensis*, villoso-viscosa, fol. linearib. obtusis, petal. semibifidis, fruct. ovatis. Allion. pedem. 2. p. 81. t. 44. f. 2. Hab. in agro Nicaeensi. Cal. 10-striatus.

39. *conoidea*, calycib. fructus globosis acuminatis striatis, fol. glabris, petal. integris. L. Lychnis, flore amplo rubello. Moris. s. 5. t. 36. f. 6. Hab. inter segetes Eur. australior. ⊙

40. *conica*, calycib. fructus conicis striatis, fol. mollib. lanceol., petalis bifidis. L. Jacq. austr. t. 253. Moris. l. c. t. 21. f. 33. Hab. in agris sylvaticis. Flor. parvi rubri. Cal. striae 30. Caps. lagenaria. ⊙

41. *bellidifolia*, calycib. fructus ovatis villosis, fol. lanceolatis pilosis subasperis, petal. bifidis. Murr syst. veg. Jacq. hort. 3. t. 81. Hab. . . . . Racem. geminati. ⊙

42. *dichotoma*, calycib. ovatis viscoso-pilosis erectis, petal. bifidis, racem. geminatis terminalibus secundis, flore intermedio pedunculato, fol. petiolatis ovato-lanceolatis, basi ciliatis. Willd. p. 699. Plant. rara hong. p. 28. t. 29. Ehr. Beytr. 7. p. 144. Hab. in Hungaria, non procul a Buda, in agris. Fl. albi subcrenati. ♂

43. *vespertina*, petal. bifidis, nectario connato, flor. alternis, cal. clavato pubescente. Retz. obs. 3. p. 31. Willd. p. 699. Hab. . . . . ⊙

44? *Behen*, calyc. glabris ovatis venoso-reticulatis, caps. trilocularibus. L. Hab. in Creta. Differt a Cucub. Behen corona corollae, cor. purpurascentibus. L.

Obs. An cum tribus sequentibus ob calycem ad Cucubalos potius referenda?

45. *stricta*, petal. emarginatis, calycib. glabris reticulato-venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto. L. Amoen. acad. 1. p. 158. Hab. in Hispania et Tolosae.

46. *pendula*, calycib. fructiferis pendulis inflatis, angulis decem scabris. Hort. ups. 109. Hab. in Creta et Sicilia.

47. *procumbens*, calycib. ovatis inflatis erectis obsolete decemangularib., petal. subauriculat. bifidis, caul. procumbente. Murr. comm. goett. 1784 et 1785. p. 83. t. 2. Roth. catal. 1. p. 55. Hab. in Sibiria. ♃

48. *noctiflora*, calycib. decemangularib. venosis, dentib. tubum aequantibus, caule dichotomo, pet. bifidis. L. Lam. ill. t. 377. f. 2. Engl. bot. t. 291. Hab. in sylvaticis arvis. Lychn. dioicae similis. Flor. paullo majores.

49. *ornata*, calycib. fructus oblongis carinatis pilosis, petal. bifidis, fol. lanceolatis pubescentibus viscosis planis, caul. viscido. Ait. Kew. 2. p. 96. Curt. mag. t. 382. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. sanguinea. ♂

50. *undulata*, calycib. fructus clavato-cylindricis pilosis, petal. bifidis, fol. lanceolatis pubescentibus undulatis, caule adscendente. Ait. l. c. Cum priore.

51. *laciniata*, fol. lanceolatis sessilibus, petal. quadrifidis, caps. unilocularib. Cav. ic. 6. p. 44. t. 564. Hab. in Amer. meridion. Cal. tubulosus villosus, 10-striatus. Cor. coccinea.

52. *virginica*, procumbens viscoso-pubescens, fol. oblongis margine subasperis, panic. dichotoma, petal. bifidis, genitalib. exertis. Michaux. Flor. 1. p. 278. Hab. in regione Illinoensi. Cor. rubra.

Obs. Var. fol. lato-ovalibus, etiam caul. erecto, flor. subfasciculatis. M.

53. *pensylvanica*, humilis, viscide pubens, fol. cuneatis, caulin. lanceolatis, petalis leviter emarginatis subcrenatis. Mich.

in Pensylvania. Caul. subsimplex. Petal. purpurascentia.

54. *antirrhina*, fol. lanceolatis subciliatis, pedunc. trifidis, petalis emarginatis, calycib. ovatis. L. Dill. elth. t. 313. f. 403. Hab. in Virginia, Carolina. ⊙

55. *rubella*, erecta laevis, calycib. subglobosis glabris venosis, cor. inapertis. L. Dill. elth. t. 314. f. 406. β ? S. annulata. Thore. Hab. in Lusitania, Oriente. ⊙

56. *sedoides*, glanduloso-pilosa, calycib. clavatis, petal. emarginatis, fol. oblongo-obovatis subcarnosis. Willd. Jacq. collect. suppl. 112. t. 14. f. 1. Hab. in Creta. ⊙

57. *apetala*, calycib. ovatis pubescentibus, flor. apetalis, fol. lanceolatis pubescentibus. Willd. p. 703. Hab. . . . Cal. oblongo-ovatus decemstriatus.

58. *clandestina*, calycib. ovatis decemangulatis pubescentibus, petal. bifidis erectis cal. paullo longioribus, fol. oblongo-lanceolatis ciliatis. Willd. Jacq. coll. suppl. 111. t. 3. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei. Similis S. apetalae.

59. *inaperta*, caule dichotomo paniculato, calycib. laevibus, petal. brevissimis emarginatis, fol. glabris lanceolatis. L. Dill. elth. t. 315. f. 407. Hab. in Eur. australi. Stam. saepe 5.

60. *portensis*, caule dichotomo paniculato, calycib. striatis, petal. bifidis, fol. linearib. L. Hab. in Lusitania. Habitus S. inapertae. Pl. spithamaea, brachiata. Cal. clavati, purpurascentes. L.

61. *cretica*, erecta laevis, calycib. erectis decemangularibus, petal. bifidis. L. Viscago fol. inferiorib. bellidis, superiorib. tunicae. Dill. elth. 422. t. 314. f. 404, 405. Hab. in Creta. Caulis patens, filiformis, articulis viscidis. Flor. amoene purpurei. L.

62. *bipartita*, fol. inferioribus spathulatis, flor. racemosis secundis nutantibus, petal. bipartitis. Desf. atl. 1. p. 352. t. 100. Cresc. in arvis Sbibae. Caul. pubescens. Pet. rosea. ⊙

63. *ramosissima*, pubesc. viscosa, fol. angusto-lanceolatis, pedunc. 1-3-floris, cal. ovatis, petal. bifidis, caps. intra cal. subsessilibus. De f. p. 354. Hab. ad maris littora. Petal. alba. Flor. numerosi. D. ♃

64. *arenaria*, villoso-viscosa, fol. lineari-lanceolatis obtusiusculis, flor. laxe racemosis, petal. bifidis, caps. intra cal. pedicellatis. Desf. l. c. Cum priore in arenis. cui affinis. Flor. pauciores. ♄

65. *arenarioides*, pubescens, fol. angusto-linearibus, pedunc. 1-3-floris, cal. 10-striatis villosis, petal. bifidis, caps. teretibus pedicellatis. Desf. l. c. p. 355. Hab. in Barbariae arvis. Cal. purpurascens.

66. *cinerea*, fol. inferioribus ovatis, flor. racemosis subsessilib. solitariis 2-ternis, cal. pubescente 10-striato, petalis bifidis. Desf. l. c. In Algeriae arvis. S. *nocturnam* refert. Pet. lacin. angustae. Flor. in bifurcatione solitarius.

67. *patula*, viscosa, ramis paniculato-patentibus, fol. inferiorib. longe petiolatis ovatis acuminatis, pedunc. subtrifloris, cal. elongato, petal. semibifidis. Desf. p. 356. Hab. in Barbar. arvis. Cor. alba magnit. L. dioicae. L. Fol. pubescentia. Flor. circa vesperam odorati. ♃

68. *Muscipula*, petal. bifidis, caul. dichotomo, flor. axillaribus sessilibus, fol. glabris. L. Hab. in Hispania, G. Narbonensi, et Algeria. Viscosa.

69. *polyphylla*, fol. fasciculatis setaceis, ramorum florentium oppositis. L. Willd. Delph. 3. p. 609. Hab. in Pannonia, Austria. Bohemia, et Delphinatu. Rami multiflori, subdecumb. ♃

*** *Flor. terminalibus fastigiatis, passim subsolitariis.*

70. *Armeria*, flor. fasciculatis fastigiatis, fol. superioribus cordatis glabris, petalis integris. L. Flor. dan. t. 559. Hab. in apricis.

71. *Atocion*, petal. bilobis, basi utrinque dentatis, fol. laevibus, inferiorib. subrotundo-spathulatis, petiolis ciliatis. Ait. Kew. 2. p. 98. S. *orchidea*. Lin. suppl. 241. S. *Atocion*, cal. fructigeris clavatis, petalis semibilobis, fasciculo flor. terminali dichotomo, fol. obovatis. syst. veg. Jacq. hort. 3. p. 19. t. 32. Hab. in Oriente. Plant. pulchella. Cor. faux tantum prominet, nec coronula instructa.

72. *Pseudo-atocion*, flor. fasciculatis terminalibus, cal. clavatis, petal. linearib. integerrimis, fol. imis obovatis. Desf. atl. 1. p. 354. Hab. in Atlante. Facies prioris, an ejus varietas ? D. ⊙

73. *aegyptiaca*, petalis emarginatis utrinque dentatis, fol. subtomentosis crassiusculis obovatis. Lin suppl p. 241. Hab. in Aegypto. Caul. brachiatus. Cal. clavatus. Petala incarnata cal. breviora. ⊙

β ? *retroflexa*. Cucub. *aegyptiacus*, flor. erectis, petal. emarginatis retroflexis, utrinque denticulo notatis. L. Willd. p. 686. Fol. linearia. Cal. cylindricus, cor. aequans. L. ♆

74. *Catesbaei*, flor. magnis purpureo-rubris, petal. laciniatis, calycib. cylindricis, panic. subtrichotoma, fol. laevib. lato-lanceolatis. Walt. carol. 141. Catesb. carol. 2. p. 54. t. 54. Hab. in Carolina. Pet. utrinque ad latus dente instructa. ♃

75. *cordifolia*, caul. simplici, fol. ovatis acutis, flor. subsessilibus terminalibus, pet. semibifidis. Allion. pedem. nº. 1581 t. 23. f. 3. Hab. in saxosis Pedemontani et Nicaeensis comitatus. ♃

76. *chloraefolia*, calycib. glabris clavatis, petal. semibifidis, fol. glaucis, inferioribus ovalibus summis cordatis amplexicaulibus. Smith. ic. ined. 1. p. 13. t. 13. Hab. in Armenia. Fol. Lysim. nummul. Caul. subdichotomus. Cal. clavatus. ♃

77. *alpestris*, petal. quadridentatis, caul. dichotomo, capsul. ovato-oblongis, fol. lineari-lanceolatis glabris erectis, peduncul. viscidis. Ait. Kew. 2. p. 98. Jacq. austr. 1. t. 96. Lychnis alpestris, pet. quadrifidis coronatis, fol. recurvis. Lin. suppl. 244. Hab. in Austriae alpibus. ♃

78. *quadridentata*, petal. quadridentatis (3-4-lobis), caul. dichotomo, fol. linearib. recurvis. L. Syst. veg. sub Lychn. Jacq. austr. t. 120. Seg. suppl. t 5. f. 1. Hab. in alpib. Fol. margine sparsim pilosa. Styl. 4-5.

79. *rupestris*, caul. dichotomo multifloro, flor. erectis, petal. emarginatis, calycib. teretibus, fol. lanceolatis. L. Flor. dan. t. 4. Hab. in montibus, ad saxa. Gypsophylam refert. ♂

80. *polygonoides*, petal. emarginatis, cal. cylindraceo 5-gono piloso, flor. capitatis, fol. ellipticis utrinque acutis. Willd. l. c. Lychnis flore albo cum circulo purpureo. Tournef. cor. 24. Hab. in ins. Naxo. Caul. decumbens. Fol. serpilli. W.

81. *dianthoides*, petal. bifidis nudis, calycib. striatis: terminalibus subsessilibus; lateralibus pedunculatis. Cucub. Saxifragus. Lin. Willd. p. 689. Schreb. Dec. 9. t. 5. Hab. in Oriente. Cal. inter 2 foliola sessilis, fere ut in Diantho. L.

82. *Saxifraga*, caulib. subunifloris, pedunc. longitudine caulis, fol. glabris, flor. hermaphroditis femineisque, petal. bifidis. L. Jacq. coll. 2. p. 37. Segu. ver. t. 6. f. 1. Hab. in montib. cretaceis. Cal. clavatus.

83. *Campanula*, caul. erecto gracili 2-3-floro, flor. subcernuis, petal. nudis, cal. infundibuliformi. Cucub. *alpestris*. Allioni, sub quo nomine benevole missa a cl. Balbis. Priori affinis. Caul. spitham. longus, subfiliformis. Fol. linearia.

84. *repens*, rad. longo repente, caule simplice adscendente, cal. villoso, fol. linearibus. Habit. in Siberia prope lacum Baikal. Post meridiem flor. dormiunt, cor. involutis. Patrin.

85. *sericea*, flor. terminalib. subsolitariis peduncul., caul. basi ramoso, foliisque lineari-lanceolatis sericeis. S. *sericea*, fol. acuminatis succulentis hirsutis lucidis, flor. carneo. Allioni Pedem. nº. 1573. t. 79. f. 3. Hab. in maritimis sabulosis pedemontanis. Sequentem refert. Cal. clavatus, striatus.

86. *vallesia*, caulib. subunifloris decumbentibus, fol. lanceolatis tomentosis longitudine calycis. L. Allion. pedem. nº. 1524. t. 23. f. 2. Lychnis pumila saxatilis alpina, flore carneo, fol. crasso molli tomentoso. Amoen. acad. 1. p. 158. Bocc. mus. 65. t. 54. Hab. in alpibus Vallesiacis, Valdensibus. Cal. clavatus striis 10 elevatis.

87. *acaulis*, cespitosa acaulis depressa, peduncul. elongatis nudis, petal. emarginatis. L. Flor. dan. t. 21. Allion. pedem. nº. 1583. t. 79. f. 1. Habit. in alpibus. Fol. caespitosa, graminea. Alpium ornamentum. Fruct. oblongus. A.

